ΟΡΘΟΤΟΝΙΑ,

Seu

TRACTATVS

de tonis in lingua Græcanica,

Illius linguæ ſtudioſis apprimè utilis,

Et in illorum uſum in duos libros digeſtus,

Scriptus per R. F. *in ſacra Theologia Baccalaureum.*

Et nunc primùm in lucem editus.

LONDINI.
Excudebat THOMAS HARPER
pro *Gulielmo Sheres.*
M.DC.XXX.

Elisha Bowerd 1690

Edidi ego, si placet.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

Samuel Bourne: 1694.

Samuel Burn Samuel Boun

[redacted]

REVERENDISSIMO

In Christo Patri ac Domino D.
IOHANNI WILLIAMS, E-
piſcopo *Lincolnienſi*, Regiæ Ma-
jeſtati à ſecretioribus conſilijs,
χάρις ϗ εἰρήνη πλη-
θυνθείη.

Ampliſſime Præſul,

Edidi ego, ſi placet, fœtum hunc ante ſexennium, ſed in uſum & conſpectum unius tantùm adoleſcentuli, tum Academici, ἀνεψιῷ μου. Et edidi illum tunc, ſic, ùt urſa ſolet ſuum, parvulum, informem. Nuper duorum [illegible] causâ, partim

tim verò & meâ (recreandi ſcilicet à gravioribus ſtudijs) lambi in formam, licèt non tam perfectam. Sic formatum verò videt fortè vir omni literatura inſignis. Is ſuadet, ut iterum lambam, exemplis inſtruam, inſtructum in lucem & conſpectum omniũ edam. Hinc (magni enim æſtimo illius tam præſtantis viri tum ſuaſum, tum judicium) iterum iterúmque totum lambo, exemplis inſtruo, eíſque, quàm potui, cùm appoſitiſſimis, tum ſelectiſſimis. Poſterius verò eò libentiùs, ut, quemadmodum in ſole ambulantes, licèt non eâ cauſâ ambulent, tamen ſoleāt colorari; ita pueri & adoleſcentuli hunc libellum pervolutantes, etſi tantùm Orthotoniæ Græcæ ergô id faciant, tamen unâ etiam in ipſa lingua proficiant. Hoc autem dum præſto, video excreſcere ulterius, quàm volebam: video, ſi pergerem ſic omnia exemplis illuſtrare, ſcripturum me non, quod inſtituebam, ϐιϐλιδάϱιον, ſed ϐίϐλον: video denique lectori me fore non mediocri tædio. Hinc reprimo me: undè licèt primò ſim exemplis forſan profuſior, quàm aliqui vellent, poſteà ſum (præſertim in capitibus alioqui longioribus) parcior quàm fortaſſe aliqui cuperent.

Hæc ἀπολογίας loco, tum quòd παιδὶ ſcripſerim, tum quôd πίακ.

Et quidem ταῦτ' ὂν μέρεις με, non dubito, quin excuſent. In totum verò fortaſſe non excuſant, cùm præſertim & ætate πρεσβύτης, & munere πρεσβύτερος τοιάδ' meditatus ſim.

Hîc igitur, reverendiſſime antiſtes (ignoſce audaciæ) tuum imploro patrocinium. Eò verò confidentiùs imploro, quia, quanquam cum laude ſumma διοικήσει tuæ præſides; tamen non ijſdem, quibus illa, terminis continentur cogitationes tuæ: ſed tu in ſempiternam tui memoriam cogitas & alia, tu & ſcholaſtica cogitas, cogitas Academica; ídque ita, ut non modò literarum Græcarum (quanquam & illarum) ſed etiam omnis bonæ literaturæ patronum

num publicum te eſſe palàm profeſſus ſis. Quid enim aliud ſibi voluit ſingularis tua cura de Græcæ linguæ cathedra apud Cantabrigienſes profeſſore egregio ornanda? Quid aliud ſibi volunt reditus, quibus ſcholares, quibus ſocij & nunc aluntur, & in omnem poſteritatem alendi ſunt, à te donati, & in perpetuum confirmati? Quid bibliothecæ magnificentiſſimæ immenſis ſumptibus à te tum extructæ, tum libris omne genus exquiſitiſſimis magìs magíſque ad hunc uſque diem inſtructæ? Denique quid aliud ſibi volunt & alia plurima, quæ partim peregiſti, partim in mente, in manibus habes peragenda?

Quocircà, reverendiſſime in Chriſto pater, dum lucubratiunculæ iſtæ prodeunt in lucem, hominúmque oculos, manus; authori, obſecro, ſub alis tuis latere liceat. Vtcunque, Deus Opt. Max. te tantum Eccleſiæ ſuæ & lumen & columen ſub alis ſuis diu conſervet in terris, & tandem in æternum coronet in cœlis.

Amplitudini tuæ devotiſſimus R. FRANCKLIN.

Chari-

T

CHARISSIMO
meo amico & vicino,
Mro FRANCKLIN.

Opinor, me nihil omiſiſſe eorum, quæ in ſcripto, quod mihi relegendum tradidiſti, operâ meâ viderentur indigere: aut, ſi omiſi, non ego accuſandus, ſed, quæ ita me occupatum tenuerunt nuper, negotia, haud unius generis, ut iſti tuo vix manum admovere, niſi horis ſubreptitijs, ſinerent.

De ſcripto ipſo, ſi vis, ut proferam

ram ſententiam meam, ſic paucis habe: utile eſt, eruditum eſt, &, ut in re, ſuâ naturâ aliquantulùm perplexa, valdè perſpicuum. Facili enim methodo, crebriſque tranſitionibus hoc ubique obtines, ut non habeat vel faſtidioſus lector, de quo conqueratur. Porrò in exemplis colligendis eum adhibuiſti delectum, ut rarò cites aliquid ex præſtantiſſimis auctoribus (Tales enim maximè tibi videntur eſſe familiares) quod non γνώμην *aliquam inſigniorem, aut admonitionem de re aliqua ſalubriorem in ſe contineat. Quòd ſi qui poëtarum Græcorum lectione, Homeri imprimis, delectentur (quales ſunt quàm plurimi) ij, ſi me audient, tuum* de tonis libellum ſibi primo quoque tempore comparabunt, quò illo, tanquam Ariadnes filo, in dialectorum vix meabili Labyrintho dirigantur. Quod enim alij pro παρέργῳ habuêrunt, & obiter duntaxat attigêrunt, tu, ùt ἔργον, excolendum tibi atque ornandum ſumpſiſti, non rejiciens in calcem alicujus libri, quæ de tonis dicenda habuiſti, ſed integrum de hoc argumento librum conficiens. Me librum tuum legendo nonnihil profeciſſe lubenter profiteor: & quod mihi profuit, aliÿs profuturum etiam confido. Quocirca doctiſſime amiciſſiméque vir, ſi hoc mihi concedis, ut aliqua apud te ſim authoritate, ne dubites doctorum oculis *dignum opus luce publica donare, quò lucerna tua non ſub modio diutiùs lateat, ſed luceat (ſicut par eſt) ſuper candelabrum. Septemb. 21.* 1629.

Tui amantiſſimus

Ioh. Boiſius.

Gra-

GRAVISSIMO VIRO
mihíque amiciſsimo Mro
FRANCKLI[illegible].

Clariſsime vir,

QVantùm mihi licuit per negotia, quæ mihi incumbunt, quotidiana, legi diligenter hunc tuum faſciculum myrrhæ: quo manifeſtè monſtras, te in illius linguæ peritia excellere, quam multi nunc dierum ambiunt, pauci aſſequuntur. Ede bonis avibus hunc Minervæ tuæ fœtum, in ſe ſatìs compendioſum, at fructu ingentem. Ede, aut ego te dicam & famæ tuæ deeſſe pariter & Reipub. literariæ invidere.

Raptim à Trinitatis
Collegio calendis Iunij 1629.

Tui amantiſsimus
Robert. Crittonus,
Græcæ linguæ Profeſſor.

INTIMO MEO Amico & vicino Mro FRANCKLIN.

Q*Vin prodi, tandem prodi : tua nota facultas,*
Cedro digna loqui, ſcribere digna cedro.
Eſt opus eximium, quod nunc facis : & tibi cuncta
Debebit grates reddere Græca cohors.
Sed tibi tractatus multi multò meliores,
Qui decorare queant pulpita, prela, ſcholas.
Sunt, ſunt, nota loquor ; tineis monumenta, futuro
Quæ proſint ſeclo, talia, tanta dabis?
Pulpita cùm te jam plùs quàm ſex luſtra celebrem

Reddiderint, reddant preláque te celebrem.
Te Chriſtus plùs quàm duodena prole beavit:
Chriſticolas calami prole beato tui.
Cunctatus nimis es: tondenti candida barba
Cùm cadit, hoc dicit, Fac citó. Plura cupis?
Hoc Deus, hoc homo vult, hoc ille tuiſſimus: iſtoc
Maturè cunctis, quaſo, labore place.

Tuiſſimus, inquam,

Robert. Kidſonus.

Thomas Millar

Thomam

Thomas

Thomas Millar

Lectori χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.

Omnium linguarum, quæ unquam fuerunt, ſunt, aut erunt, Græcam multò copioſiſſimam eſſe nemo, opinor, doctus dubitat. Ex omnibus tamen quæ occurrunt in lingua tam copioſa, vocibus ne una quidem eſt (decem & ſeptem ſi excipias) quin accentum ſuum, quo, quaſi veſte, induatur, habeat. Imò & ex illis ipſis (quas dixi) ſeptendecem aliquæ aliquo in loco, aliqua in ſignificatione tonum ſuum & habent & induunt. Sunt quidem nonnullæ, quæ, quanquam habeant tonum, quo veſtiantur, ſuum; tamen eum in præcedentem dictionem inclinandi miram quandam habent inclinationem, eam ſcilicet, ut, niſi inclinent, pleræque plerumque eum prorſus amittant. Quæ verò tonum

pictum

ictum & habent & retinent, illæ ipſæ (præſertim quæ variantur) non omnes ſemper habent eundem tonum, aut ſuper ſyllabam eandem: ſed nunc hunc, nunc illum, nunc ſuper hanc, nunc ſuper ſyllabam illam. Numeri, caſus, modi, temporis, perſonæ varietas mirè variat & tonum & locum toni. Verumque etiam mirificè variat ſyllabarum quantitas, contractio, literæ vel ſyllabæ cùm adjectio per Proſtheſin, Epentheſin, Paragogen, tum ablatio per Aphæreſin, Syncopen, Apocopen. Denique ipſius dialecti, ſignificationis varietas tonum, toni locum mirè variat.

Iam verò hæc omnia cùm ita ſe habeant, quæ voces nudæ relinquendæ ſint, quæ veſtiendæ, &, quæ veſtiendæ ſunt, quomodo & ubi, ſi quæris, hoc eſt, quod in hoc βιβλίῳ enucleare & quaſi ad vivum reſecare (quoad ejus fieri potuit, & in libello) conatus ſum.

Cauſas ſi quæris, præcipuæ hæ ſunt: Primò ſæpiùs vidi non modò pueros in ſchola Grammatica, ſed & juvenes in Academia (ut non dicam viros) Græcam linguam alioqui admodum callentes, tamen in loquendo, præſertim ſcribendo, quod ad tonum attinet, fœdè hallucinari. Secundò, huic morbo medicinam ut adhiberent, cùm multi calamo manum admoverint, omnes, quos mihi videre contigit, id ſic præſtitêrunt, ut, etſi eis gratias agam, & eorum operâ in hoc opere me adjutum eſſe non negem; tamen audacter affirmem, præſtari id poſſe in permultis, etiam ad doctrinam quod attinet, multò perfectiùs, penè in omnibus ad intelligentiam & memoriam multò accommodatiús.

Quid eſt igitur? Egóne jam tandem ſubtrahendo, addendo, meliùs componendo, aptiùs diſponendo paravi tibi medicamina efficaciora? Sanè ſunt, qui ita cenſent. Quid ſentiant inter alios duo viri, Græcæ linguæ columnæ, hic per Academiam, vel potiùs hanc totam inſulam, ille doctiſſimis ſuis in Chryſoſtomum annotationibus per totum Chriſtianum orbem celeberrimus, ipſe jam *vidiſti.

In Epiſtolis ipſorum præcedentibus.

Qualia, qualia ſunt, nunc tibi in manibus ſunt: ſi arrident, utere, fruere.

Dat. Elſworthiæ 3. Calendas Decemb. 1629.

Tuus R. F.

AD LECTOREM.

AD mare ſi neſcis, certò tibi quà ſit eundum,
Amnem quære, via dúxque ſit ille tuæ.
Græcos ritè tonos ſi neſcis pingere, parvum
Pingendi ritè hunc volve, revolue librum.
Ille quidem certus dux eſt, dux certus et iſte:
Tardè ille ad metam ducet, at iſte citó.
Iſte, tonus quando non eſt, quando eſt, ubi, qualis
Pingendus, plenè perſpicueq́; docet.
Vtq́; tonos plenè doceat, docet & dialectos
Sic, ut & has uno ſcire labore queas.
Pleraq́; & exemplis illuſtrat talibus ipſā

Vt linguam juvet, ut mentem animúmq; juvet.
Quid plura? Eſt liber hic perparvus mole, ſed ingens
Fructu: tu fructum carpe legendo librum.

Per authoris *ἀνεψιὸν

Franciſcum Hobman.

**Licèt non illum, qui primam ſcribendi anſam ei præbuit.*

SVMMA CAPITVM LIBRI PRIMI.

Cap. I.

ʼΟΡΘΟΤΟΝΙʼΑΣ definitio & partes.

Cap. 2.

Accentus quid ſit, quæ ejus ſpecies, & in quas & quales cadant ſyllabas.

Cap. 3.

Accentus gravis quando pingatur, quando non.

Cap. 4.

Quæ dictiones tonum pictum habeant, & quæ ex ſe non habeant.

CAP. 5.

De dictionibus ex accidenti tonum pictum non habentibus.

CAP. 6.

De encliticæ vocis definitione, & de nominibus encliticis.

CAP. 7.

De encliticis pronominibus.

CAP. 8.

De verbis encliticis.

CAP. 9.

De encliticis adverbijs.

CAP. 10.

De encliticis conjunctionibus.

CAP. 11.

De vocum encliticarum accentus sui inclinatione.

Cap. 12.

De encliticarum amiſſione accentus per non-inclinationem.

Cap. 13.

Accentuum ratio pro ſyllabarum quantitate.

Cap. 14.

Accentuum ratio in contractione.

Cap. 15.

Accentus ratio in voce, cui contigit Proſtheſis.

Cap. 16.

Accentus ratio in vocabulo Epentheſin paſſo.

Cap. 17.

Accentus ratio in dictione Paragogen paſſa.

CAP. 18.

Accentus ratio in dictione paſſa Aphæreſin.

CAP. 19.

Accentus ratio in voce Syncopen paſſa.

CAP. 20.

Accentus ratio in dictione, cui accidit Apocope.

SVMMA CAPITVM LIBRI SECVNDI.

CAP. I.

De accentibus articulorum.

CAP. 2.

Accentuum ratio in omnibus caſibus cùm nominum ſubſtantivorum, tum quorumcunque adjectivorum, excepto recto ſingulari.

CAP. 3.

De accentu fœminini & neutrius generis in recto ſingulari adjectivorum omnium.

CAP. 4.

De accentu generis maſculini in recto ſingulari adjectivorum comparativi & ſuperlativi gradus.

Cap. 5.

De accentu recti ſingularis in nominibus ſubſtantivis, & maſculini recti in poſitivo gradu adjectivorum.

Cap. 6.

De accentibus pronominum.

Cap. 7.

Accentum ratio in omnibus perſonis verborum omnium, cùm ſimplicium tum compoſitorum, excepta ſecunda ſingulari in modo imperativo, & prima ſingulari in modis reliquis.

Cap. 8.

De accentu ſecundæ ſingularis modi imperativi, & primæ ſingularis reliquorum modorum in verbis ſimplicibus.

Cap. 9.

De accentu ſecundæ ſingularis modi

imperativi, & primæ ſingularis modorum reliquorum in verbis compoſitis.

CAP. 10.

De accentibus temporum modi infinitivi in verbis omnibus tum ſimplicibus tum compoſitis.

CAP. 11.

De accentibus participiorum.

CAP. 12.

De accentibus præpoſitionum.

CAP. 13.

De accentibus adverbiorum.

CAP. 14.

De accentibus conjunctionum:

ΟΡΘΟΤΟΝΙΑΣ

Liber primus.

De natura & ratione accentus in genere.

CAPUT I.

ὈΡΘΟΤΟΝΙ'ΑΣ *definitio & partes.*

1 ΟΡθοτονίæ est proſodiæ pars de tonis ſeu accentibus.

2 Ὀρθοτονίας in lingua Græca partes duæ: una de natura & ratione accentus in genere; altera de tonis ſingularum orationis partium in ſpecie.

CAPUT 2.

Accentus quid ſit, quæ ejus ſpecies, & in quas

& quales cadant ſyllabas.

1 Accentus eſt, quo ſyllaba in dictione elevatur aut deprimitur, [a] aut elevatur ſimul & deprimitur.

2 Eſt autem triplex: acutus, gravis, circumflexus.

3 Acutus ab imo obliquè aſcendit inſtar ſagittæ ſurgentis, ùt ʹ.

4 Gravis à ſummo obliquè deſcendit inſtar ſagittæ cadentis, ùt ̀.

5 Circumflexus ex utroque compoſitus utrumq; refert, perfectè quidem in lingua Latina, ut ^; ex parte etiam in Græca, ut ~.

6 Acutus elevat ſyllabam quam afficit, gravis deprimit, circumflexus [b] elevat pariter & deprimit.

7 Acutus cadit in [c] ſyllabam antepenultimam, penultimam & ultimam, ut in eleganti illo *Menandri* verſiculo, φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. i. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.*

8 Circumflexus cadit tantùm in penultimam & ultimam: ut Heſiodus. *Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. i. Ante virtutem dy ſudorem poſuêrunt.*

Nota verò hîc,

Vocem cum [d] enclitica compoſitam non haberi in ratione accentuum pro unica dictione, ſed duabus.

---

[a] *Hoc per multi Grãmatici omittunt; ſed ſine dubio perperam.*

[b] *Sic & Vergara & Sylburgius, & procul dubio rectè, quanquam tonum hunc nos Angli in pronuntiando vix aut aſſequimur, aut forſan poſſumus aſſequi.*

[c] *In ſyllabam, inquam,* licèt *interdum quidem duntaxat (per ſignum vocalis rejectæ) ſubintellectam. Sic nec ὅστινος (cujuſcunque) pro unica habetur, nec ὥντε ἅδυνας, ὧ τινι. Vide hujus libri caput* 18.

[d] *Quæ voces ſint encliticæ, vide caput* 6, 7, 8, 9, 10.

τινι (cuicunque) nec οἷστισι (quibuſcunque) nec [a] *τοῖσδε (his) ideóque nec (quod Poëtæ pro eo per Paragogen dicunt) τοῖσδεσι, aut τοῖσδεσσι, aut ulla ejuſcemodi.*

[a] **De enclitico δὲ vide c.1 lo 3**

9 Gravis in omnibus ſyllabis ſubintelligitur, quibus nec acutus inſidet, neque circumflexus: ut in voce *βατραχομυομαχία (ranarum & murium prælium) omnes ſyllabæ gravantur præter χί.*

10 Vocabulum in ultima ſyllaba tonum ſuum pictum habens, non circumflexum, naturâ illam acuit.

11 Vocabulum, in ultima ſyllaba acutum, appellatur ὀξύτονον, acutitonum. Acutum in penultima dicitur *παροξύτονον, καὶ βαρύτονον, penacutum & gravitonum.* Acutum in antepenultima vocatur *προπαροξύτονον καὶ βαρύτονον, antepenacutum & gravitonum.*

12 Vocabulum verò in ultima ſyllaba circumflexum, vocatur *περισπώμενον.* Circumflexum in penultima dicitur *προπερισπώμενον καὶ βαρύτονον.*

13 Acutus & gravis cadunt in ſyllabam brevem & longam: ut

Phocylides. *Λαός τοι καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ ἀκατάσχετα πάντα. i. Populus, ignisque & aqua ſunt omnia ejuſmodi, ut non poſſint contineri.*

14 Circumflexus cadit duntaxat in ſyllabam naturâ longam.

Hîc verò duo nota:

Primò nota,

Syllabam eſſe naturâ longam, quæ in ſe complectitur

**In ratione accentuum ſunt diphthongi breves. Vid. c. 13. in nota generali 1.*

*Diphthongum longam.
Longam vocalem.
vel Vocalem communem (ùt α, ι, vel υ) aut
ſine poſitione
(ſi & poſitione) non ſola poſitione
productam.

Nota ſecundò,

Quare vocalis communis vel extra poſitionem in aliquibus dictionibus ſemper producatur, vel in poſitione non ſolâ poſitione longa cenſenda ſit, ex optimo magiſtro uſu eam circumflectente intelligi. Hinc uſu duce alpha in μᾶλλον, πρᾶγμα, πρᾶξις circumflectimus, cùm in ἄλλον, τάγμα, τάξις non circumflectamus.

CAPUT 3.

Accentus gravis quando pingatur, quando non.

1 ACcentus gravis nunquam pingitur, niſi in ſyllaba ultima, nec in ultima, niſi quando acutus in eam cadens vertitur in gravem.

2 Omnis autem acutus finalis (exceptis tantùm tribus locis) vertitur in gravem: ùt *quinquies in illo uno Theognidis hexametro,*

Οὐδὲν θαυμαϛὸν, Πολυπαΐδη· οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς, &c. i. *Nihil mirum, Polypæda (ſi non placeam omnibus.) Neque enim Iupiter, &c.*

3 Excipiuntur verò (ùt dixi) tres loci : quippe in quorum ſingulis acutus finalis remanet non converſus in gravem.

4 Primus locus eſt membri aut periodi finis : ùt *αὐτός· αὐτόν.* Πῶς γὰρ οὔ;

Pythagoras. ——— *Πάντων δὲ μάλιϛ᾽ αἰσχύνεο σαυτόν.* i. *Reverere verò ſupra omnes teipſum, i. conſcientiam tuam.*

5 Secundus locus eſt ante [a] encliticam in eodem membro, aut periodo eadem non retinentem accentum ſuum : ut οὐδέν ἐϛι

Diphilus. Βέβαιον οὐδέν ἐϛιν ἐν θνητῷ βίῳ. i. *Nihil firmum eſt in mortali vita.*

[a] *De encliticis vide c. 6. &c.*

Sed dixi, non retinentem. Nam ſi enclitica tonum retineat, tum acutus in eadem ſententia eam præcedens vertitur in gravem : ùt *κακὸς εἶ.*

Epictetus, ſi Stobæo credimus. *Εἰ βούλει ἀγαθὸς εἶναι, πρῶτον πίϛευσον, ὅτι κακὸς εἶ.* i. *Si vis eſſe bonus, primò crede, quòd es malus.*

De enclitico εἶ vide c. 8.

6 Tertius locus eſt in interrogativo *τίς* & *τί* : ùt Theognis & Solon. ——— *Τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας;* i. *Quis ſatiaverit omnes?*

Pindarus Pyth. idyl. 8. *Τί δὲ τίς, τί δ᾽ οὔτις; Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι.* i. *Quid verò eſt aliquis, quid nullus? Vmbræ ſomnium homines.*

CAPVT 4.

Quæ dictiones tonum pictum habeant, & quæ ex ſe non habeant.

1 RELiqua præcepta de accentibus in genere ſunt de
- dictionibus tonum pictum
  - habentibus ſe:
  - non habentibus ex ſe: accidenti.
- ratione accentus
  - pro ſyllabarum quantitate.
  - in
    - contractione.
    - literæ vel ſyllabæ
      - adjectione per
        - Proſthesin.
        - Epenthesin.
        - Paragogen.
      - ablatione per
        - Aphæreſin.
        - Syncopen.
        - Apocopen.

2 Vna dictio, quotcunque in ſe ſyllabas complectatur, unum tantum accentum pictum habet, niſi & ſecundus ei ab enclitica proximè ſequente appingatur.

3 Omnis verò dictio unum habet accentum pictum, exceptis ſeptemdecem, quæ ex ſe nullum habent, & aliis quibuſdam, quæ ex accidenti habent nullum.

4 [a]Septemdecem, inquam, ex ſe (id eſt, ſuum) tonum pictum nullum habent: videlicet in Articulo quinque, in Præpoſitione ſex, in Adverbio tres, in Conjunctione duæ, & præterea una, quæ modò eſt adverbium, modò conjunctio.

5 In Articulo, inquam, quinque, videlicet ὁ, ἡ, οἱ,

[a] *Poſſelius recenſet tantum 12, Bailius tantum 13, & inter illas unam (nempe ποι) quæ in harum numero reponi non debet. Vide exemplum ejus capite 9.*

ὁι, αἱ, & ἁ Doricum tum pro ἡ, tum pro τά.

Exempla.

Ὁ.

Phocylides. Ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ κλέψας. i. *Ambo ſures, tum qui recepit, tum qui ſurripuit.*

Ἡ.

Heſiodus. Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. i. *Malum verò conſilium conſultori peſſimum.*

Οἱ.

Homer. Odyſ. β. Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους. i. *Plurimi patre deteriores, meliores pauci.*

Αἱ.

Ariſtot. in Ethic. Αἱ δὲ ἀρεταὶ προαιρέσεις τινὲς, ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως. i. *Virtutes ſunt quædam electiones, aut non ſine electione.*

Ἁ pro ἡ.

Euripid. in Hercu. furen. Ἁ δ' ἀρετὰ βαίνει διὰ *μοχθῶν. i. *Virtus incedit per labores.*

*Doricè pro μόχθων. Vid. lib. 2. c. 5. Sect. 1. artic. 5.

Ἁ pro τά.

Archytas Pythagoræus. Τῶν ἀγαθῶν ἃ μὲν αὐτὰ ἐστι δι' αὐτὰ αἱρετά, ἃ δὲ δι' ἕτερον. i. *Bonorum hæc quidem ſunt ipſa propter ſe eligenda, illa verò propter aliud.*

Duntaxat hîc eſt partim { excipiendum.
{ notandum.

Excipe primò,

Quòd cùm uſurpantur pro οὗτος, αὕτη, οὗτοι, αὗται ſine μὲν vel δὲ, tonum ſuum habent.

Homer. Il. α. ——— ὃ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν. i. *Hic enim venit ad celeres naves Achivorum.*

Excipe ſecundò,

Quòd ὃ, cùm neutraliter uſurpatur pro τοῦτο, veſtitur etiam tono ſuo.

Il. χ. Πάτροκλον κλαίωμεν· ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων. i. *Patroclum deploremus. Hoc enim decus (ſeu hic honor) eſt defunctorum.*

Sed tum eſt neutrum genus articuli præpoſitivi per Aphæreſin literæ τ.

Nota,

Ὅ accentu indutum ſonare etiam interdum *quod*, interdum (ùt Il. α.) *qui*, interdum (ùt Il. π.) *quia*. Sed in nulla harum omnium ſignificationum eſt articulus præpoſitivus, quo de nunc agitur. Sed in prima eſt neutrum genus articuli ſubjunctivi; in ſecunda eſt ejuſdem maſculinum genus per Apocopen literæ ς; in tertia eſt conjunctio pro [a] ὅτι per Apocopen ſyllabæ τι. *Vide c: 20.*

6 In Præpoſitione etiam (ùt dixi) quibus tonus ſuus nullus eſt, ſex ſunt, nimirum εἰς, ἐκ, ἐν, & ἐς Atticum pro εἰς, ἐξ ante vocalem pro ἐκ, εἰν Poëticum pro ἐν.

Exempla.

Εἰς. Phocylides. Ἄστεγον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει. i. *Tecto deſtitutum in ædes recipito, cæcúmque manu ducito.*

Ἐκ. Theognis. Οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται, οὔθ ὑάκινθος. i. *Neque enim ex ſquilla naſcuntur roſæ, neq; hyacinthus.*

Idem. Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή Ἐν.
'στι. i. *Iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes.*

Phocylides. Τὸ ξίφος ἀμφιβαλοῦ μὴ πρὸς φόνον, Ἐς.
ἀλλ' ἐς ἄμυναν. i. *Gladio accingere non ad occidendum, ſed ad defendendum.*

Idem. Ἐργάζευ μοχθῶν, ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς. Ἐξ.
i. *Operare & labora, ut ex proprio vivas.*

Theocritus Idyl. 15. Ὄφρα καὶ εἰν ἀΐδαο κακρυμ- Εἰν.
μένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς. i. *Vt etiam poſt mortem bonus prædiceris.*

Duntaxat excipe,

Quòd ἐξ in fine verſus, ùt & periodi induitur tono

Theocr. Idyl. 25. ——— Οὐ σέ γε φημὶ κακῶν [a]ἒξ Ἔμμεναι. i. *Non te ex malis natum eſſe ſtatuo.*

[a] Sic habetur in pleriſq; codicibus.

7 In adverbio etiam voces tales tres ſunt, ſcilicet οὐ, & pro οὐ ante vocalem tenuem οὐκ, ante aſpiratam οὐχ.

Exempla.

Phocylides. Οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἠε- Οὐ.
λίου αὐγαῖς. i. *Non invidet luna ſolis radijs, licèt ſuis ſint multò præſtantiores.*

Odyſ. π. ——— Θεόθεν δ' οὐκ ἔστ' ἀλέασθαι. i. *Fi-* Οὐκ.
eri non poteſt, ut quis fugiat à Deo.

Odyſ. χ. Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐ- Οὐχ.
χετάασθαι. i. *Non eſt fas interemptis viris inſultare.*

Duntaxat hîc excipiendum eſt { Primó.
Secundó.

Excipe igitur primò,

Quòd ante punctum οὐ plerumque tonum induit: ut ſæpenumerò apud Platonem, Πῶς γὰρ οὔ; *Quid ni?*

Sed dixi *plerumque.* Nam [a]non ſemper.

[a] Semper inquit Poſſelius. Non rectè.

Epictetus. Νόσος *σώματός ἐστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ. Χώλανσις σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ.* i. *Morbus corporis eſt impedimentum; electionis verò non eſt, niſi ipſa velit. Claudicatio pedis eſt impedimentum, electionis verò non item.*

Secundò excipe,

Quòd ante punctum plerumque etiam habent tonum ſuum οὔκ & οὔχ.

Theocr. Idyl. 4. Οὔκ· ἀλλ' Αἴγωνος. i. *Non: verùm Ægonis.*

8 In conjunctione item ſunt, ut dixi, duæ: nimirùm *εἰ*, & Doricum *αἰ* pro *εἰ*.

Exempla.

Ei. Phocylides. Εἰ δέ τις οὐ δεδάηκε τέχνην, σκάπτοιτο δικέλλῃ. i. *Si quis artem non didicerit, fodiat ligone.*

Ai. Archytas Pythagoræus. Ὁ ἔχων τὰν ὄψιν, αἰ μὴ ἔχοι φῶς, οὐκ ὄψεται. i. *Qui viſum habet, ſi lucem non habeat, non videbit.*

9 Prætereà una vox eſt tono ſuo picto carens,

quæ eſt modò adverbium, modò conjunctio; ſcilicet ὡς.

Exempla.

Odyſ. ρ. Ὥς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς εἰς τὸν ὁμοῖον. i. *Ut ſemper ſimilem ducit Deus ad ſimilem.* **Ὥς adverbium.**

Pythagoras. ——— Γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι. i. *Scito quidem, quòd omnibus deſtinatum eſt mori.* **Ὥς conjunctio.**

Duntaxat de ὡς adverbio excipe primò,

Quòd, cùm immediatè præponitur puncto, ſortitur tonum pictum: ùt Il. γ. *πέλεκυς ὧς, tanquam ſecuris.* Il. ο. *κύων ὧς, tanquam canis.*

Secundò,

Quòd idem etiam facit, cùm uſurpatur pro οὕτως, ſic:

Odyſ. ω. Ὧς εἰπὼν ὄτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην. i. *Sic locutus Minervam currentem (ut aiunt) incitavit.*

CAPVT 5.

De dictionibus ex accidenti tonum pictum nullum habentibus.

1 EX accidenti dictio accentum ſuum pictum nullum habet, cùm eum vel prorſus amiſit, vel in præcedentem dictionem inclinavit.

2 Prorſus autem amittit vox accentum ſuum pictum vel ex compoſitione, vel ex Aphæreſi, vel ex Apocope, vel (enclitica cùm ſit) ex non-inclinatione.

3 Ad compoſitionem quod attinet, cùm ex duabus aut pluribus vocibus per compoſitionem una fit, omnium, præterquam unius, tonus pictus prorſùs amittitur; quia uni voci[a] unus tantùm eſt ſuus & proprius. ùt κατὰ σχεῖν, κατασχεῖν· καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καλοκ' ἀγαθός.

Menander. Τὸ γὰρ κατασχεῖν ἐστι τὴν ὀργὴν πόνος. i. *Iram enim continere labor eſt.*

4 Quomodò ex Aphæreſi dictiones tonum ſuum pictum prorſus amittant, vide caput 18 in exceptione à duabus prioribus regulis.

5 Quomodò ex Apocope, vide caput 10 in regula prima.

6 Per non-inclinationem prorſus amittunt tonum ſuum pictum, ùt & [b] ordinariè inclinant ſolæ encliticæ: de quibus in capitibus nunc ſequentibus.

[a] *Vid. c. 4. Artic. 2.*

[b] *Extraordinariè quidem & aliæ vid c. 18. regula 2. exceptione 1.*

CAPUT 6.

De encliticæ vocis definitione & de nominibus encliticis.

Enclitica vox eſt, quæ tonum ſuum pictum in præcedentis dictionis ſyllabam ultimam inclinat, illam acuens; aut ſuo prorſus amiſſo, illa ſi per ſe acuatur, etiam in contextu orationis [a]ut non gravetur, ſed acuatur, efficit: ùt ἐπίγραμμά ἐστι, *inſcriptio eſt*: ὁδός ἐστι, *via eſt.*

Plutarchus. Ἀνάχαρσις ἐρωτηθεὶς πῶς ἄν τις μὴ μεθύσκοιτο, Εἰ, φησιν, ὁρῴη τοὺς μεθύσκοντας, δια ποιοῦσιν. i. *Anacharſis interrogatus, quomodò quis ebrietatem fugeret, Si, inquit, videat, qualia ebrij faciant.*

Hîc φησὶν in εἰ inclinat ſuum, illam acuens: τὶς, prorſus amittens ſuum, efficit, ut ἂν in ſermonis contextu non gravetur, ſed acuatur.

2 Voces encliticæ ſunt [b]vel in
- Nomine.
- Pronomine.
- Verbo,
- Adverbio.
- Conjunctione.

3 In nomine voces encliticæ ſunt
- 1 τὶς, τὶ indefinita.
- 2 Omnes utriuſque caſus per numeros omnes: ùt τινὸς, τινὶ, τινὰ, τινὲ, τινοῖν, τινὲς, τινῶν, τισί.
- 3 pro τινὸς Atticum τοῦ, Dor. τεῦ } etiam extra compoſitionem cum articulo ſubjunctivo.
- 4 pro τινὶ Dor. τῳ } etiam extra compoſitionem cum articulo ſubjunctivo.
- 5 in compoſitione τέῳ, τέων, &c.

Exempla

[a] *Alioqui gravanda. Vid. c. 3. artic. 2. 5.*

[b] *In omnibus partibus orationis, inquit Varennius, præterquam in participijs & articulis. Non rectè. Nam non in præpoſitione.*

[c] *Vt* ὅτεῳ, ὅτεων. *Vid. c. 13. regul. 1. and cum nota in eandem.*

CAPVT 5.

De dictionibus ex accidenti tonum pictum nullum habentibus.

1 EX accidenti dictio accentum ſuum pictum nullum habet, cùm eum vel prorſus amiſit, vel in præcedentem dictionem inclinavit.

2 Prorſus autem amittit vox accentum ſuum pictum vel ex compoſitione, vel ex Aphæreſi, vel ex Apocope, vel (enclitica cùm ſit) ex non-inclinatione.

3 Ad compoſitionem quod attinet, cùm ex duabus aut pluribus vocibus per compoſitionem una fit, omnium, præterquam unius, tonus pictus prorſùs amittitur; quia uni voci[a] unus tantùm eſt ſuus & proprius. ùt κατ' ἐχεῖν, κατεχεῖν· καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καλοκ'ἀγαθός.

Menander. Τὸ γὰρ κατεχεῖν ἐστι τὴν ὀργὴν πόνος. i. *Iram enim continere labor eſt.*

4 Quomodò ex Aphæreſi dictiones tonum ſuum pictum prorſus amittant, vide caput 18 in exceptione à duabus prioribus regulis.

5 Quomodò ex Apocope, vide caput 10 in regula prima.

6 Per non-inclinationem prorſus amittunt tonum ſuum pictum, ùt & [b] ordinariè inclinant ſolæ encliticæ: de quibus in capitibus nunc ſequentibus.

CAP.

[a] *Vid. c. 4. Artic. 2.*

[b] *Extraordinariè quidem & aliæ vid c. 18. regula 2. exceptione 1.*

CAPUT 6.

De encliticæ vocis definitione & de nominibus encliticis.

Enclitica vox eſt, quæ tonum ſuum pictum in præcedentis dictionis ſyllabam ultimam inclinat, illam acuens; aut ſuo prorſus amiſſo, illa ſi per ſe acuatur, etiam in contextu orationis [a]ut non gravetur, ſed acuatur, efficit: ùt ἐπίγραμμά ἐστι, *inſcriptio eſt*: ὁδός ἐστι, *via eſt.*

Plutarchus. Ἀνάχαρσις ἐρωτηθεὶς πῶς ἄν τις μὴ μεθύσκοιτο, Εἴ, φησιν, ὁρῴη τοὺς μεθύσκοντας, οἷα ποιοῦσιν. i. *Anacharſis interrogatus, quomodò quis ebrietatem fugeret, Si, inquit, videat, qualia ebrii faciant.*

Hîc φησὶν in εἰ inclinat ſuum, illam acuens: τὶς, protſus amittens ſuum, efficit, ut ἂν in ſermonis contextu non gravetur, ſed acuatur.

2 Voces encliticæ ſunt [b]vel in
- Nomine.
- Pronomine.
- Verbo,
- Adverbio.
- Conjunctione.

3 In nomine voces encliticæ ſunt
- 1 τὶς, τὶ indefinita.
- 2 Omnes utriuſque caſus per numeros omnes: ùt τινὸς, τινὶ, τινὰ, τινὲ, τινοῖν, τινὲς, τινῶν, τισί.
- 3 pro τινὸς Atticum τοῦ, Dor. τεῦ; 4 pro τινὶ Dor. τῷ: etiam extra compoſitionem cum articulo ſubjunctivo.
- 5 in compoſitione τέῳ, τέων, &c.

Exempla

[a] *Alioquì gravanda. Vid. c. 3. artic. 2. 5.*

[b] *In omnibus partibus orationis, inquit Varennius, præterquam in participiis & articulis. Non rectè. Nam non in præpoſitione.*

[c] *Vt* ὅτεῳ, ὅτεων. *Vid. c. 13. regul. 1. unà cum nota in eandem.*

Exempla aliquot

Τίς.

Heſiodus. Δώτῃ μὲν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔτ ἔδωκε. i. *Danti quis dedit, non danti nemo dedit.*

Τί.

Pythagoras. ——— Ψεῦδος δ' ἢν περ τι λ γηται, Πρᾴως εἶχ'. i. *Si quid mendacij dicatur, patienter feras.*

Τινά.

Theognis. Οὔτε τινὰ προὔδωκα φίλον καὶ πιστὸν ἑταῖρον. i. *Neque quenquam prodidi amicum & fidelem ſocium.*

Τοῦ

Ariſtoteles. Σφόδρά του, *Vide hoc exemplum capite* 11. *nota* 2. *gradu* 4.

Τεῦ.

Odyſ. τ. Ὥστέ τεῦ ἢ βασιλῆος ἀμύμονος. i. *Tanquam alicujus vel inculpati regis.*

Τῳ.

Theognis. Οὐδέ τῳ ἀνθρώπων παραγίνεται, ὅσσ' ἐθέλῃσι. i. *Neque cuiquam hominum contingunt, quecunq; velit.*

Τινέ.

Theocr. Idyl. 12. Δοιὼ δή τινε τώδε μετ' ἀμφοτέροισι γενέσθην. i. *Duo quidem hi invicem juncti fuerunt.*

Caput

CAPUT 7.

De encliticis pronominibus.

IN pronomine dictiones encliticæ ſunt in primitivo { primo. ſecundo. tertio.

a In pronomine primitivo primo encliticæ voces ſunt μοῦ, μοὶ, μὲ, & Doricum μεῦ pro μοῦ.

Exempla.

Μοῦ.

Homerus in Batrachom. Οὐκ ἂν μου κατὰ γαῖαν ἀμείνων ἦσθα κάκιστε. i. *Non fuiſſes, peſſime, ſuper terram me ſuperior.*

Μοὶ.

Theogn. Μή μοι ἀνὴρ εἴη γλώσσῃ φίλος, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ. i. *Ne quis mihi verbo ſit amicus, verùm etiam & facto.*

Μὲ.

Idem. Ἢ * με φίλει καθαρὸν θέμενος νόον, ἢ ἀποειπὼν ἔχθαιρε. i. *Aut me ſincerè ama, aut erga abnegatum gere te inimicé.*

**Pronomen igitur etiam poſt conjunctionem disjunctivam ſe habet encliticé. Poſſelius negat: ſed non rectè.*

Μεῦ.

Theocrit. Idyl. 2. Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ', ὅθεν ἵκατο, πότνα σελάνα. i. *Dic meum amorem, unde venerit, veneranda luna.*

3 In pronomine primitivo ſecundo encliticæ dictiones

ſunt
- 1 σοῦ. σοί. σέ.
- 2 Ionicum σέο pro σοῦ.
- 3 Dorica
  - σεῦ, τεῦ pro σοῦ.
  - τοὶ, τὶν pro σοί.
  - τὺ [a] ap· toton pro σοῦ. σοί. σέ.

Exempla aliquot.

Σοῦ.

Rom. cap. 8. v. 36. ût & Septuaginta in Pſalm. Ε῞νεκά [b] σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. i. *Tua cauſa morti tradimur totum diem.*

Σοί.

Theognis. Ἀμφ' ἀρετῇ τρίβου, καί σοι τὰ δίκαια φίλ' ἔστω. i. *Virtutem ſectare, tibique juſta cordi ſunto.*

Σέ.

Euripides. Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σε. i. *Contra ſtimulos eorum, qui tibi imperant, ne calcitres.*

Σέο.

Theognis. Πῶς δέ σεο, Κρονίδη, τολμᾷ νόος ἄνδρας ἀλιτροὺς Ε'ν ταὐτῇ μοίρᾳ τόν τε δίκαιον ἔχειν; i. *Quomodò verò, Iupiter, audet tua mens (i. audes tu,* periphraſis*) eodem loco injuſtos & juſtos habere?*

[a] *Nam ût σὺ in recto caſu non eſt encliticum: ſic nec τὺ pro σύ. Vid. c. 20. reg. 1. exceptione 2.*

[b] *Pronomen poſt ἕνεκα inclinare negant Poſſelius, Bailius, Caninius, &c.* Sed *errare omnes demonſtrat hoc exemplum.*

Τεῦ.

Theocr. Idyl. 5. Οὔ τεῦ τὰν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας i. *Comates non clàm ſurripuit fiſtulam tuam.*

Τοὶ.

Il. α. Καί ποτέ τοι τρὶς τόσσα παρέσσεται ἀγλαὰ δῶρα i. *Et aliquando tibi ter tot aderunt ſplendida dona.*

Τίν.

Theocr. ——— Τί δὲ * τιν, εἰ κωτίλαι εἰμές; i. *Quid ad te, ſi garrulæ ſumus?*

Τὺ pro σοῦ vel σοί.

Idem. ——— Τέρας κέ τυ θυμὸν ἀτύξαι. i. *Portentum animum tuum percelleret.*

Τὺ pro σέ.

Idem. Εἴθ' ἦν μοι ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον, ὥς τυ πατάξω. i. *Vtinam mihi eſſet curvum pedum, quo te percuterem.*

Sic habetur in pleriſque codicibus.

4 In tertio pronomine primitivo encliticæ voces ſunt in numero

- ſingulari
  - 1 οὗ. οἷ. ἕ.
  - 2 Doricæ
    - εὗ pro οὗ.
    - μὶν, νὶν pro ἕ.
- duali
  - σφὲ.
  - & tum σφωὲ, σφὼ pro σφέ.
- plurali
  - 1 σφισί. σφισίν.
  - 2 Ionicæ
    - σφὶ pro σφισί.
    - σφὶν pro σφισίν.
  - 3 Ionica vox σφέας.
  - 4 Doricæ ψὲ, μὶν, νὶν pro σφᾶς.

Exempla

Exempla aliquot.

Οἷ.

Theognis. ——— Κακὸν δέ οἱ οὐδὲν ἔοικε. i. *M lum verò illi (ſcilicet egeſtati) nullum ſimile.*

Ἕ.

Heſiod. Καί νυ τάγ', αἴ κ' ἐθέλῃ, ἐπιδέρκεται, οὐδ ἑ λήθει. i. *Et hæc, ſi velit, videt (Deus ſcilicet) nequ um latet.*

Μίν.

Herodotus in Polymnia. Βασιλῆά μιν ἀπέδειξε. i. *Regem eum renuntiavit, ſcilicet Darius Xerxem.*

Νίν.

Theognis. Τίσαι νιν πρόφασιν μηδεμίαν θέμενος. i. *Vlciſcere eum, ratione nulla reddita.*

Σφέ.

Theocr. Idyl. ιε. Πότνι' Ἀθηναία, ποῖαί σφ' ἐπόνασαν ἔριθοι; i. *Veneranda Minerva, quales laniſicæ e elaborârunt?*

Σφισί.

Idem Idyl. 22 Ἔνθα πολύς σφισι μόχθος ἐπειγομένοισιν ἐτύχθη. i. *Ibi magnus ipſis labor annitentibus fuit.*

Σφίν.

Theognis. Ὥς σφιν ἐπ' ἔργοισιν πίστις ἔτ' οὐδεμία. i. *Vt nulla ampliùs ipſis in factis fides.*

Ψέ.

Theocr. Idyl. 34. Ἦ πά ψε κρύβδαν τὰ ποθέσπερα πάσας ἀμέλγες; i. *Num alicubi eas clàm veſpere omnes mulges?*

CAPVT 8.

De verbis encliticis.

N verbo voces encliticæ
ſunt
1 illæ { εἰμὶ, ſum. φημὶ, dico.
2 eorundem verborum cæteræ perſonæ omnes præſentis indicativi ſimplices, excepta ſecunda ſingulari, & Ionico ἔασι pro εἰσί.
3 in ſecunda ſingulari verbi εἰμὶ { *εἶ, licèt non εἶς. ἐσσὶ Poëticum pro εἶ.

Exempla aliquot.

Εἰμί.

Diphilus. Ἄνθρωπός εἰμι. Τοῦτο δ᾽ αὐτὸ τῷ βίῳ πρόφασιν μεγίστην εἰς τὸ λυπεῖσθαι φέρει. i. *Homo ſum. Hoc autem ipſum vitæ maximam dolendi cauſam affert.*

Εἶ.

Poëta. Αἵματός εἰ ἀγαθοῖο. i. *Ex ſanguine es bono.*

Ἐσσί.

Iliad. α. Εἰ μάλα καρτερός ἐσσι, θεός που σοὶ τόγ᾽ ἔδωκε. i. *Si valdè robuſtus ſis, Deus tibi hoc dedit.*

Ἐστί.

Ariſtot. In Categorijs. Τοῦτό ἐστι χείρονος κάλλιον. i. *Hoc eſt pejore melius.*

Baſilius ait εἶ περισπώμενον non eſſe encliticum, ſed εἶς (ſaltem εἰ) cum accentu acuto. Sanè nimis acutè. Nam ubi unquam legit ille aut εἶς, aut εἲς inclinans? ubi aut εἲς aut εἲ (pro εἶς) cum accentu acuto?

Ἐντὶ Doricum pro ἐστί.

Theages Pythagoræus. Ἀρχὰ καὶ αἰτία, καὶ κα
ἐντὶ τᾶς ἀνθρωπίνας εὐδαιμοσύνας ἁ τῶν θείων ἐπ
γνῶσις. i. *Principium & cauſa & norma humanæ bea
tudinis eſt rerum divinarum cognitio.*

Εἰσί.

Xenophon 4 τῶν ἀπομνημ. Οὐκοῦν οἵ γε δικα
ποιοῦντες δίκαιοί εἰσι; Τίνες γὰρ ἄλλοι; ἔφη. i. A
*igitur qui juſta faciunt, juſti ſunt? Quinam enim alij
inquit.*

Φησί.

Lucianus. Ἡ καλή, φησι, λαβέτω. i. *Pulchra, inquit, capiat.*

Φασί.

Vocis φασὶ vide exemplum capite 11, in terti
gradu capacitatis.

CAPVT 9.

De encliticis adverbijs.

IN adverbio enclitica ſunt, cùm indefinitè ſumuntur,

hæc, nimirum

ποτὲ, aliquando, unquam.
ποθὶ, aliquando, alicubi.
πού, alicubi, circiter, &c.
πῶς, aliquantum, aliquo modo, fortè.
πῶ, aliquatenus, quodãmodo, alicũde, unquã, dũ.
πῆ, quodammodo, alicubi, aliquó.
ποῖ, alicubi, aliquò, aliquo modo.
Dorica { πόκα pro ποτέ.
πᾶ pro πῆ.
Ionica { κῶς pro πῶς.
κού pro πού.

Exempla

Exempla aliquot.

Ποτέ.

Pythagor. ——— Πρήξῃς δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
Μήτ' ἰδίῃ.
i. *Neq; cum alio unquam turpe quid agas,*
Neq; ſolus.

Ποθί.

Il. α. Τριπλῇ τετραπλῇ τ' ἀποτίσομεν, αἴ κέ ποθι Ζεὺς, &c. i. *Tripliciter quadrupliciterq; compenſabimus, ſi quando Jupiter, &c.*

Πού.

Il. ο. Εἴ τινά που Τρώων ἐξαλλόμενος ἄνδρα βάλησθα. i. *O ſi quem Troüm exiliens ferias!*

Πῶς.

Phocylid. Μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως νώνυμος ὄληαι. i. *Ne maneas cœlebs, ne ſine nomine moriaris.*

Πω.

Idem. Οὐ γάρ πω δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον. i. *Non enim ullo modo, quod factum eſt, fieri poteſt infectum.*

Πῄ.

Homerus. ——— Οὐδέ πῃ εἶχεν Ἀμπνεῦσαι. ——— i. *Neque ullo modo poterat reſpirare.*

Ποῖ.

Xen. περὶ Κύ. παιδ. α. Ἐν Πέρσαις νόμος ἐστὶ φιλεῖν

Ἐντὶ Doricum pro ἐστί.

Theages Pythagoræus. Ἀρχὰ καὶ αἰτία, καὶ κανὼν ἐντὶ τᾶς ἀνθρωπίνας εὐδαιμοσύνας ἁ τῶν θείων ἐπίγνωσις. i. *Principium & cauſa & norma humanæ beatitudinis eſt rerum divinarum cognitio.*

Εἰσί.

Xenophon 4 τῶν ἀπομνημ. Οὐκοῦν οἵ γε δίκαια ποιοῦντες δίκαιοί εἰσι; Τίνες γὰρ ἄλλοι; ἔφη. i. *An igitur qui juſta faciunt, juſti ſunt? Quinam enim alij? inquit.*

Φησί.

Lucianus. Ἡ καλή, φησι, λαβέτω. i. *Pulchra, inquit, capiat.*

Φασί.

Vocis φασὶ vide exemplum capite 11, in tertio gradu capacitatis.

CAPUT 9.

De encliticis adverbijs.

IN adverbio enclitica ſunt, cùm indefinitè ſumuntur, hæc, nimirum

ποτὲ, aliquando, unquam.
ποθὶ, aliquando, alicubi.
πού, alicubi, circiter, &c.
πῶς, aliquantum, aliquo modo, fortè.
πῶ, aliquaten⁹, quodãmodo, alicũde, unquã, dũ.
πῆ, quodammodo, alicubi, aliquó.
ποῖ, alicubi, aliquò, aliquo modo.
Dorica { πόκα pro ποτέ. πᾶ pro πῆ.
Ionica { κῶς pro πῶς. κού pro πού.

Exempla aliquot.

Ποτέ.

Pythagor. ——— Πρήξῃς δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου, Μήτ' ἰδίῃ.
i. *Neq; cum alio unquam turpe quid agas, Neq; ſolus.*

Ποθί.

Il. α. Τριπλῇ τετραπλῇ τ' ἀποτίσομεν, αἴ κέ ποθι Ζεὺς, &c. i. *Tripliciter quadrupliciterq; compenſabimus, ſi quando Jupiter, &c.*

Πού.

Il. ο. Εἴ τινά που Τρώων ἐξαλλόμενος ἄνδρα βάλησθα. i. *O ſi quem Troum exiliens ferias!*

Πῶς.

Phocylid. Μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως νώνυμος ὄληαι. i. *Ne maneas cælebs, ne ſine nomine moriaris.*

Πῶ.

Idem. Οὐ γάρ πω δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον. i. *Non enim ullo modo, quod factum eſt, fieri poteſt infectum.*

Πῇ.

Homerus. ——— Οὐδέ πῃ εἶχεν ἀμπνεῦσαι. ——— i. *Neque ullo modo poterat reſpirare.*

Ποῖ.

Xen. περὶ Κύ. παιδ. α. Ἐν Πέρσαις νόμος ἐστὶ φιλεῖν συγγενεῖς, ὅταν γε ἴδωσιν ἀλλήλους διὰ χρόνου, ἢ ἀπίωσί * ποι ἀπ' ἀλλήλων. i. *Perſæ propinquos oſculari ſolēt, cùm poſt aliquod tempus ſe mutuò viderint, aut à ſe invicem aliquò diſceſſerint.*

* *Quomodo verò inclinat, ſi (quod vult Bvilius) non habet accentum quem inclinet? v p 6. in marg.*

Πόκα.

Theocr. Idyl. 5. ——— Ὅν ποκ' ἐόντα Παῖδ' ἔτ' ἐγὼν ἐδίδασκον. ——— *Quem olim adhuc puerum ego docebam.*

Κῶς.

Tyrtæus. Οὐ γάρ κως θάνατόν γε φυγεῖν εἱμαρμένον ἐστίν. i. *Neque enim in fatis eſt, ut quis mortem ullo pacto effugiat.*

Κου.

Herodotus in Polym. Ἐπίστασθέ κου πάντες. i. *Noſtis quodammodo omnes.*

Nota verò

Illa verba in initio capitis *cùm indefinitè ſumuntur.* Nam Enclitica quidem ſunt, cùm indefinitè uſurpantur : cùm autem interrogativè, non ſunt Enclitica.

CAP.

CAPVT 10.

De Encliticis conjunctionibus.

Conjunctiones Encliticæ ſunt 4

- τέ.
- κέ.
- κέν pro κέ.
- Doricumm κά pro κέ.

Τέ.

Heſiod. Μηδ᾽ ἀναβάλλεσθαι ἔς τ᾽ αὔριον, ἔς τ᾽ ἔννηφιν. i. *Ne differas inque craſtinum, inque perendinum.*

Κέ.

Il. α. Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ᾽ ἔκλυον αὐτοῦ. i. *Qui dijs obtemperaverit, valdè ipſum audiunt,* i. μάλα προθύμως, *benignè, promptè.*

Κέν.

Heſiod. ——— Τὴν μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας. i *Hanc quidem (litem) laudaverit ſapiens.*

Κά.

Theocr. Idyl. 11. Αἴκα τις σὺν ναΐ πλέων ξένος ὧδ᾽ ἀφίκηται. i. *Si quis nave vectus hoſpes huc appulerit.*

2 expletivæ: quales ſunt
- γέ.
- Doricum γὰ pro γέ.
- νύ.
- νὼ.
- θὴν.
- ῥά.
- πέρ.
- τοί.

Γέ.

Pythagor. Καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὁπόσα φθόνον ἕξει. i. *Et cave ea facere, quæ tibi invidiam conſtent.*

Γά.

Theocr. Idyl. 11. Νῦν αὐτό γα νεῖν γε μαθεῦμαι. i. *Nunc ipſum natare diſcam.*

Νύ.

De νύ vide caput 7, in ſecundo exemplo tertij pronominis primitivi.

Νὼ & θὴν.

Il. κ. Οὔ θὴν Ἕκτορι πάντα νοήματα μητίετα Ζεὺς
Ἐκτελέσει, ὅσα πέρ *νυν ἐέλπεται.
i. *Minimè Hectori omnia cogitata conſiliarius Iupiter Perficiet, quæ expectat.*

**Aliqui codices habẽt νῦν, circumflectentes ſyllabam brevem, mendoſè.*

Ρά.

Il. π. ——— Ὅ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ κήδεα καίρει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης. i. *Quoniam omninò pugnæ conſilia præcidit Iupiter altitonans.*

Πέρ.

Πέρ

De πὲρ vide caput 6. in exemplo nominis πᾶς.

Τοί.

Theogn. Πολλοί τοι πλουτοῦσι κακοὶ, ἀγαθοὶ δὲ πένονται. i. *Multi mali diteſcunt, boni verò inopia laborant.*

3 δὲ, cùm vel ^
- adjungitur (pro ἐπὶ vel ἐς) aut
  - nomini
    - accuſativi caſus, ùt οἶκόνδε, ἀγορήνδε, domum, ad forum.
    - caſus genitivi, accuſativo ſubſequente, aut ſubintellecto: ùt ἄϊδόσδε, ad Plutonis:
  - Pronomini adjectivo accuſativi caſus: ùt ἡμέτερόνδε, ad noſtrum.
- adhibita in diſtinctione cum μὲν patitur apoſtrophum: ùt ὁ μὲν, ὁ δ'. i. *Hic quidem, ille verò.*
- componitur cum articulo præpoſitivo: ùt ὅδε, hic.* ἥδε, hæc, οἵδε, hi.

**Vide caput 13. in regula 2, una cum nota 1 in eandem.*

Exempla aliquot.

Il. α. Οἱ μὲν κακκείοντες ἔβαν οἶκόνδε ἕκαστος. i. *Hi quidem dormiturientes ibant domum ſinguli.*

Antipater, aliâs Plato. Χρυσὸν ἀνὴρ ὁ μὲν εὗρεν, ὁ δ' ὤλεσεν, ὧν ὁ μὲν εὑρὼν ῥῖψεν, ὁ δ' οὐχ εὑρὼν λυγρὸν ἔδησε βρόχον. i. *Aurū quidam invenit, alter perdidit*: ex quibus ille, qui invenit, abjecit (laqueum, quo periturus erat) qui verò non invenit, collo aptavit laqueum.*

Heſiod. ——— Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.
i. *Prodeſt autem hæc (contentio) hominibus.*

**Vide iterum capitis 13 regulam 2, unà cum nota 1 in eandem.*

4 θε in compoſitione cum εἰ vel αἰ: ut * εἴθε, αἴθε, utinam.
ὖν in compoſitione cum οὐκ, quoties poſt compoſitionem negat, & non interrogat: ut οὔκουν, non, vel non igitur.

Phocylides. Εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν. i. *Utinam tu (ſcilicet aurum) non fuiſſes mortalibus damnum deſiderabile.*

Ariſtophanes in Ran. Οὔκουν καθεδεῖ δῆτ' ἐνθαδὶ γάστρων. i. *Non ſedebis igitur hic, helluo.*

CAPUT 11.

De Encliticarum accentus ſui inclinatione.

Enclitica vox inclinat tonum ſuum, cum dictio in eadem clauſula proximè præcedens capax eſt accentus, qui ex inclinatione illi imponendus eſt.

Duntaxat hîc notentur quinque.

Notetur prima,

Quòd, ſi dictio proximè præcedens non ſit in eadem clauſula, ſed clauſulam priorem claudat, tum Enclitica in eam accentum ſuum non inclinat.

Notetur

Notetur ſecundò,

Ad præcedentis dictionis capacitatem quod attinet, ejus eſſe quatuor gradus.

Gradus primus.

Primus eſt, cùm acuitur in antepenultima: ùt ἵλεώς σοι, *propitius tibi.* χρήματός ἐστι.

Theogn. Πλὴν πλούτυ, πάντος χρήματός ἐστι κόρος. i. *Omnium rerum eſt ſatietas, præterquam divitiarum.*

Gradus ſecundus.

Secundus eſt, cùm penultimam circumflectit, & ultimam corripit. ùt σῶμά μου, τοῦτό ἐστι.

Matth. 26 v. 26. Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. i. *Hoc eſt corpus meum.*

Gradus tertius.

* Tertius eſt, cùm accentu destituitur, ídque

vel quia { nullum habet ſuum.
aut { prorſus amiſit / inclinavit } ſuum.

Cùm nullum habet ſuum: ùt

Il. γ. Οὔ τι ἀπόβλητ᾽ ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. i. *Neutiquam reÿcienda ſunt deorum præclara dona.*

Οὐ *tonum nullum habet * ſuum. Inde in ipſum* τὶ *inclinat ſuum.*

Cùm prorſus amiſit ſuum: ùt

Ariſtotel. Ethic. 2. c. 2. Ἰατρεῖαι γάρ τινές εἰσι. i. *Nam medicinæ quædam ſunt, ſcilicet* αἱ κολάσεις, *ſupplicia.*

* *Hunc Bailius reſtringit ad vocem monoſyllabam, & naturâ toni expertem. Satis inſcitè.*
V. exempl. 2 & 3.

* *V. c. 4.*

Cùm inclinavit ſuum : ùt

Plato in Cratylo. Σῆμά τινές φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς. i. *Nonnulli id dicunt eſſe animæ ſepulchrum. Eſt illi notatio nominis σῶμα.*

V.c.12. In priore exemplo dictio τινὲς prorſus amittit ſuum, in hoc poſteriore inclinat ſuum. In utroque Enclitica ſequens in eam inclinat ſuum.

Gradus quartus.

Quartus capacitatis gradus eſt, cùm vox præcedens, παροξύτονος exiſtens, penultimam producit & ultimam corripit.

Bailius addit & quintum gradum : ſc. cùm utramque corripit & ſubſequitur enclitica à σφ incepta. Sed quàm rectè ille hoc, viderint docti.

Ariſtot. Ethic. 7. c. 1. Οἱ Λάκωνες, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρά του, Θεῖος ἀνὴρ, φασί. i. *Lacones, cùm aliquem valdè admirantur, Divinus vir eſt, inquiunt,*

Notetur tertiò,

Quòd, quocunque gradu vox præcedens capax eſt, in eam tamen Enclitica ſequens interdum tonum non inclinat.

Exemplum primi gradus.

Theognis. Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι, Ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι παυρότεροι. i. *Multi tibicibi & potus ſunt comites, In ſerio verò negotio pauciores.*

Εἰσὶ poſt βρώσιος *non inclinat.*

Exemplum ſecundi gradus.

Sophocles in Antigone, Τὸν δὲ ἀθλίως θανόν-

α Πολυνείκους νέκυν, Ἀστοῖσί φασιν
ἐκκεκηρύχθαι, τὸ μὴ Τάφῳ καλύψαι,
μηδὲ κωκῦσαί τινα. i. Miſerè verò defunctum Polyni-
is cadaver, Civibus ferunt præconis voce pro-
mulgatum eſſe, Ne quis ſepulchro condat, nec la-
mentetur quiſpiam. Hic
neque φασὶ poſt ἀστοῖσι, neque τινὰ poſt κωκῦσαι incli-
nant.

Exemplum tertij gradus.

Heſiod. Οὔτως οὔτι που ἐστὶ Διὸς νόον ἐξαλέασθαι. i. *Ita neutiquam fieri poteſt, ut quis Jovis intellectum fugiat.*

Neq; πού *poſt* τι, *neq;* ἐστὶ *poſt* πȣ *inclinat.*

Exemplum quarti gradus.

Phocylid. ——— Τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον. i. *Modus enim optimus.*

Ἐστὶν *poſt* μέτρον *non inclinat.*

Notetur quartò,

Quòd, cùm vox præcedens primo, ſecundo aut tertio gradu capax eſt, cum Enclitica ſequens apud authores plerumque inclinat accentum ſuum: cùm verò quarto, vix ſæpiùs inclinat, quàm non inclinat.

**Cauſa 1. de qua, & ſecunda apud alios, qui de tonis ſcripſerunt, altum eſt ſilentium.*

Notetur quintò,

Cauſas, quare Enclitica ſequens non inclinet tonum, cùm præcedens vox capax eſt, eſſe (ut videtur) quinque.

*Prima eſt natura materiæ exigentis pronuntiationem tum præcedentis dictionis, tum Encliticæ (ſi non & aliarum totius ſententiæ omnium) tam deliberatam & diſtinctam, ac ſi ſingulæ eſſent diſtinctæ clauſulæ.

Pag.29.

Hujus generis videtur eſſe illud Sophocleum in exemplo toni non inclinati in ſecundo gradu capacitatis.

Cauſa 2.

Secunda cauſa eſt, cùm vox præcedens adhibetur in diſtinctionem. Hoc enim cùm ſit, ad diſtinctionem illam exprimendam tam diſtinctè eſt pronuntianda, ac ſi à voce ſequente eſſet puncto ſecluſa.

Pag.28.

Hujus generis eſt illud Theognidis in exemplo toni non inclinati in primo gradu capacitatis.

Cauſa 3.

Tertia cauſa eſt, cùm Enclitica ipſa adhibetur in diſtinctionem. Cùm enim hoc ſit, ad diſtinctionem illam ſignificandam tam diſtinctè eſt pronuntianda, ac ſi à præcedente eſſet ſecluſa punctulo : ùt ἤκουσα σοῦ, *audivi à te, ſcilicet à te, non illo, aut ullo alio.*

**Cauſa 4: quam, ùt & tertiam in pronominibus quidem agnoſcit Varennius. Non ſatis. Vide exemplum.*

*Quarta cauſa eſt, cùm Enclitica adhibetur emphaticé. Nam tum ad exprimendam emphaſin ſimiliter eſt pronuntianda.

Hujus exemplum eſt illud Menandri. —— Οὐδενὸς χρὴ πράγματος Τὸν δ' ποιοῦνθ' ὅλως ἀπογνῶναι ποτέ. i *De nulla re oportet rectè facientem deſperare* unquam. *Hic* ποτὲ, *licèt enclitica ſit, tamen emphaticè uſurpata non inclinat.*

** Cauſa 5. Hanc etiam in aliquibus pronominibus agnoſcit Varennius. Sed nec hoc ſatis: teſtor citata exempla.*

*Quinta cauſa eſt *libertas*, qua in tonis pingendis uſi ſunt, ſive authores fuerint, qui ſcripta ſua, ſive alij, qui aliena ſcripta, nuda relicta, tonis veſtiêrunt; libertas, inquam, in ſingulis gradibus capacitatis, præſertim verò duobus poſterioribus pro arbitrio vel inclinandi vel non inclinandi.

** Pag. 29.*

Hoc, ad duos poſteriores gradus quod attinet, conſtat ex modò *citatis exemplis toni in illis gradibus non inclinati.

Ad duos priores quod attinet, idem demonſtrant hæc exempla.

Theocr. Idyl. 7. ——— Οὕνεκεν ἐσσὶ Πᾶν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος. i. *Quoniam es Reverà totus germen à Iove factum.*

Οὕνεκεν ἐσσὶ *dicit, non* οὑνεκέν ἐσσι.

Idem Idyl. 14. Αἶγος θὴν λέγεταί τις, ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν. *Proverbio vulgò dicitur, Abyt & taurus in ſylvam.*

Θὴν *poſt* αἶγος *non inclinat.*

Atque ex hac liberrate eſt, quòd εἶ & ἐστὸν, licèt nonnunquam, perrarò tamen inclinent.

CAPVT 12.

De Encliticarum amiſſione accentus per non-inclinationem.

Hactenus de Encliticarum accentus inclinatione. Sequitur earundem amiſſio accentus per non-inclinationem.

Encliticæ voces, cùm tonum ſuum non inclinant, cum apud authores penè ſemper prorſus amittunt.

Euripides in Alexandro, ut eſt apud Stobæum. Σοφὸς μὲν οὖν εἶ, Πρίαμε. i. *Sapiens igitur es, Priame.*

Idem in Iphigenia. Πολλαὶ γὰρ πολλοῖς εἰσι συμφοραί. i. *Multæ enim multis ſunt calamitates.*

Plato in Cratylo. Χαλεπὰ τὰ καλά ἐστι. i. *Difficilia quæ pulchra.*

Anacreon. Τὸ *σήμερον μέλει μοι· τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;* i. *Hodiernum curo: craſtinum verò quis nouit?*

In his exemplis eſt, *εἰσὶ, δεῖ, μοὶ* prorſus amittunt tonum ſuum.

Duntaxat hîc excipiendum eſt

Primò de Encliticis quibuſcunq;.

1 Quòd, cùm occurrit ullum ex quatuor illis prioribus (de quibus in ſuperiore capite dictum eſt) quæ in cauſa ſunt, quòd non inclinetur, tum Enclitica, ùt non inclinat tonum ſuum, ſic (utcunque ſe habeat vox præcedens) nec prorſus amittit, ſed retinet.

[a] Pag. 30 cum 29, 28. Hoc indicant exempla [a] ibidem eiſdem cauſis ſubjecta.

Atque hinc eſt, quòd *πῆ*, quoties de induſtria diſtinguit ab *ἁπλῶς*, tonum ſuum retinet.

[b] vid. c. 3, exemp. ult. Atque hinc illud Pindari in diſtinguendo (non *τί δέ τις*, ſed) [b] *τί δέ τίς, τί δ' οὔτις;* i. *Quid verò eſt aliquis, quid verò nullus?*

Τὶς poſt δὲ accentum ſuum retinet.

2 Quòd, cùm ſententiam vel clauſulam ordiuntur, tonum non exuunt: ùt

Pythagoras. Ἢν *σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσει.* i. *Si tu malè judicaueris, te Deus poſteà judicabit.*

Σὲ tonum retinet.

Secundò de pronominibus Encliticis.

Exceptio 2. 1 Quòd illa, cùm præpoſitionem ſequuntur, apud

pud authores plerumque accentum ſuum retinet.

Sic apud Demoſthenem, Παρὰ σοῦ, *à te*; apud Xenophontem, Ἐπὶ σοὶ, *in tua poteſtate.*

Non tamen ſemper. Epictetus. Τὰ μὴ ἐπί σοι θέλεις ἐπί σοι εἶναι. i. *Quæ in tua poteſtate non ſunt, vis eſſe in poteſtate tua.*

2 Quòd poſt alias etiam partes orationis interdum retinent tonum ſuum.

Hom. Odyſ. ζ. Ἤνωγον δ' ἄρα μιν λοῦσθαι ποταμοῖο ῥοῇσι. i. *Iuſſerunt eum lavari in fluvij fluentis.*

Tertiò de diſſyllabis Encliticis quibuſcunque,

Quòd illæ, quoties ſequuntur vocabulum nec ὀξύτονον, nec προπερισπώμενον, tonum ſuum, ſi non inclinant, retinent: ùt χοῖνιξ ἐστὶ, γένος ἐσμὲν, κόνις ἐστί. *Exceptio 3.*

Aratus. ——— Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. i. *Hujus enim etiam progenies ſumus.*

Naumachius. Χρυσὸς τοι κόνις ἐστὶ καὶ ἄργυρος. i. *Aurum & argentum pulvis ſunt.*

Quartò de verbo ἐστί.

Exceptio 4.

1 Quòd illud, quoties ſequitur οὐκ, ὡς, εἰ, καὶ, aut ἀλλὰ, tonum nec inclinat, nec omninò amittit, ſed retrahit: ùt οὐκ ἔστι, ὡς ἔστι, εἰ ἔστι, καὶ ἔστι, ἀλλὰ ἔστι.

Theognis. Οὐκ ἔστι θνητοῖσι πρὸς ἀθανάτους μαχέσασθαι. i. *Non licet mortalibus contendere cum immortalibus.*

2 Quòd idem etiam facit poſt τοῦτο, quoties pronomen hoc patitur * apoſtrophum: ùt τοῦτ' ἔστι.

** Poſt τοῦτο, ſine apoſtropho, ἐστὶ non retrahit, ſed inclinat tonum ſuum. Vid. p. 19. & 27.*

Il. α. Εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἔστιν, ἐμοὶ μέλλει φίλον εἶναι. i. Si

i. *Si hoc ita ſe habet, mihi gratum erit.*

3 Quòd tonum ſimiliter etiam retrahit in ſententiæ principio.

Ariſtotel Ethic. 9. c. 4. Ἔστι γὰρ ὁ φίλος ἄλλος αὐτός. i. *Eſt enim amicus alter idem.*

Quintò de Dorico ἔντι *pro* ἐστί,

Exceptio 5. Quòd ſingula, quæ nunc dicta ſunt de verbo ἐστί, intelligenda etiam ſunt de ἔντι pro ἐστί.

CAPUT 13.

Accentuum ratio pro ſyllabarum quantitate.

Regula 1.

Vltima ſyllaba exiſtente longa accentus nequit eſſe in antepenultima, ſed in penultimam transfertur : ut ἵλαος (*propitius*) ἱλάου, *propitij* : πόλιες, πολίων.

Duntaxat { *Nota.*
hîc partim { *Excipe.*

Nota,

Nota. (Id, quod in ſecundo capite notatū eſt) vocem cum Enclitica compoſitam non haberi pro unica dictione, ſed ed duabus: ut ὧντινων (*quorumcunq;*) & (quod pro o Attici) ὅτεων, & Ionicum ὅτεῳ pro ᾧτινι, *cuiunque*.

Excipe

Primò Attica.

Attici enim in quarta declinatione* ſimplicium dicunt ἵλεως, ἵλεω, *(propitius, propitij)* & in ſecunda contractorum πόλεως, πόλεων, & ſimilia. *Exceptio 1.*

Sophocles in Electra. Ἄναξ Ἄπολλον, ἵλεως αὐτοῖν κλύε. i. *Apollo rex, propitius ipſos audi.*

Secundò Ionica.

Iones enim in prima ſimplicium finale ου mutantes in εω, & ων in εων, quod ad tonum, hanc regulam nihili faciunt. Sic pro Καμβύσου, πρεσβυτῶν dicunt καμβύσεω, *πρεσβύτεων. *Exceptio 2.*

Herodotus. Αἰγύπτιοι ὑπὸ Καμβύσεω δουλωθέντες ἀπέστησαν ἀπὸ Περσέων. i. *Ægyptij à Cambyſe in ſervitutem redacti deceſſerunt à Perſis.*

**Vid. lib. 2. in except. 3. ab except. 2. in declinat. ſimplicium.*

Tertiò Bœotica.

Bœoti enim (teſte Euſtathio) in participijs paſſivis plurale αι mutantes in η, non propterea tonum transferunt. Sic pro λεγόμεναι *(dictæ)* ποιούμεναι *(factæ)* dicunt λεγόμενη, ποιούμενη. *Exceptio 3.*

Regula 2.

Accentus ſuper penultimam naturâ longam cadens,

dens, brevi exiſtente ultima, erit circumflexus.

Heſiodus. Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα. i. *Primùm quidem domum (compara) uxorémque & bovem aratorem.*

Οἶκον, γυναῖκα, ἀροτῆρα *ſunt ſingula exemplum hujus regulæ.*

Hic tamen eti- { Nota.
am partim { Excipe.

Nota primò,

Id, quod in prima regula notatum eſt, de voce Enclitica. Hinc οὔτις *(nemo)* οὔτε *(neque)* ὥστε *(ut, vel quare)* εἴθε *(utinam)* οἵδε *(hi)* & Doricum ἐγώνγα, *ego non* οὔτις, οὔτε, *&c.*

Nota ſecundò,

Syllabas δε & φι ac φιν per paragogen adjectâs caſui acutitono (*ſive ſic reperto, ſive per paragogen ſic facto) ſe habere (ad tonum quod attinet) more vocis Encliticæ: ut τοιήδε *(talis)* τοιοίδε, τοιαίδε *(tales)* εὐνῆφι, δίναιφι, *lectus, lecti.*

Vid. c. 17. reg. 3. & 4.

Homerus. Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. i. *Qualis eſt generatio foliorum, talis & hominum.*

Excipe primò,

Quòd Dores infinitivorum, penacutorum in ειν, ſyllabam ultimam mutantes in εν, raró propterea tonum immutant: ùt συρίζειν, ἀείδειν, συρίζεν, ἀείδεν.

Theocr. Idyl. 8. Ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν. i. *Ambo ludendi fiſtula periti, ambo canendi.*

Sed *rarò* dixi; non dixi *nunquam,* quia interdum immutant, ſequentes regulam: ut διώκειν, διῶκεν.

Theocr. Idyl. 5. Ὅν τῷ παιδὶ δίδωμι τὰ θηρία πάντα * διῶκεν. i. *Quem (canem) puero do ad feras omnes perſequendas.*

*Sic habetur in pleriſque codicibus.

Excipe ſecundò,

Quòd ijdem nominativos plurales in οι, & fœmininos plurales in ες, communiter antepenacutos vel peninflexos, penacuunt, ſpreta hac regula: ùt ἀνθρώποι, χείρες, pro ἄνθρωποι, χεῖρες.

Regula 3.

Accentus ſuper penultimam cadens, longa exiſtente ultima, acutus erit: ùt οἴκου, βραχείας.

Theognis Παύρους κηδεμόνας πιστοὺς εὕροις κεν ἑταίρους. i. *Paucos inveneris ſocios tui fideles curatores:* Παύρους, εὕροις, ἑταίρους *ſunt ſingula exemplum hujus regulæ.*

Excipe;

Quòd, cum tonus ſuper penultimam naturâ longam cadit, ultima exiſtente longa poſitione, & poſitione ſola, tum circumflexus erit: ùt φοῖνιξ (*phœnix*) χοῖνιξ (*chœnix*) αὖλαξ, *ſulcus.*

Iam verò in tres has regulas & univerſam accentuum rationem de ſyllabarum quantitate notentur octo.

Notæ generales.

Nota primò,

Diphthongos *αι, οι* finales, conſonante non clauſas, in accentuum ratione haberi pro brevibus : ùt ἄνθρωποι, μοῦσαι.

Orpheus de Deo. Σῷ δὲ θρόνῳ πυρόεντι παρεστᾶσιν πολύμοχθοι Ἄγγελοι. i. *Throno tuo igneo aſtant laborioſi Angeli.*

Hom. Odyſ. ψ. ——— Οἵ τε δύνανται Ἄφρονα ποιῆσαι καὶ ἐπίφρονά περ μάλ' ἐόντα. i. *Qui (dij) poſſunt fatuum reddere etiam ſapientiſſimum.*

Πολύμοχθοι, ἄγγελοι, δύνανται, ποιῆσαι, *ſingula hujus notæ ſunt exemplum.*

Duntaxat producuntur

I

In optativis: ùt *ποιήσαι (*fecerit*) φήσαι (*dixerit*) εἴποι, *dicat.*

Demoſthen. in Olynth. Εἴποι τις ἄν. i. *Dicat quiſquam.* Et Ἴσως φήσαι τις ἄν. i *Dixerit fortaſſe aliquis.*

*Ποιῆσαι *ergo eſt modi infinitivi,* ποιήσαι *optativi,* ποίησαι *imperativi medij.*

2

In pronomine οἷ, *ſibi.* Vide caput 2. articulo 14. Heſiodus. Οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων. i. *Sibi ipſi malum fabricatur homo alteri malum fabricans.*

3

In vocativo ſingulari quartæ contractorum : ùt ὦ λητοῖ.

4

4

In Adverbio * οἴκοι (*domi*) ad ipſum diſtinguendum ab οἶκοι, *ædes* *Vide reg. 2

Euripides. Μακάριος, ὅστις δ᾽ εὐτυχῶν οἴκοι μένει. i. *Beatus, quiſquis proſperè agens domi manet.*

5

In omnibus ſyllabis contractis: ut λητόϊ * λητοῖ· χρύσεαι, χρυσαῖ, ἀδελφιδόοι, ἀδελφιδοῖ. *Vid. c. 2. ar. 14.

Object. Ariſtoteles Ethicorum 8. c. 2. ſic habet, Πολλοὶ γάρ εἰσιν εὖνοι, οὓς οὐχ ἑωράκασι (i. *Multi enim benè volunt eis, quos non viderunt.*) Hîc vox εὖνοι contracta ex εὔνοοι, corripit οι: *quippe quæ περισπῶνται. *V. reg. 3.

Reſponſ. Vox εὖνοι non contrahitur ex εὔνοοι, nec declinatur ab εὔνοος, ſed ſimpliciter ab εὔνοις, ſicut apud Herodianum εὔνου, & apud Xenophontem εὔνοις; quippe quæ, ſi declinarentur ab εὔνοος, eſſent ante contractionem εὐνόου, εὐνόοις, & * tum contracta, non εὔνου, εὔνοις, ſed εὐνοῦ, εὐνοῖς. *Vide reg. 2. c. 14.*

Nota ſecundò,

Quòd in prima declinatione ſimplicium vocativus ſingularis nominum in της, & Poëticorum in πης, & compoſitorum ex verbis μετρῶ (*metior*) πωλῶ (*vendo*) τρίβω (*tero*) exit in alpha breve: ùt στρατιώτης, ὦ *στρατιῶτα, κυνώπης, ὦ κυνῶπα, βιβλιοπώλης, ὦ βιβλιοπῶλα. *Vid. regul. hujus capitis 2. & 3.*

Philemon, teſte Stobæo Στρατιῶτα, κοὐκ ἄνθρωπε, καὶ σιτεύμενε, ὡς τὰ ἱερεῖα, ἵν᾽ ὅταν ᾖ καιρὸς, τυθῇς. i. *Miles, & non homo, paſte, ùt victima, ut, cùm occaſio feret, immoleris.*

Nota tertiò,

Quòd in adjectivis (ſive ſint nomina ſive pronomina, ſive participia) alpha finale in fœminino recti ſingularis eſt ejuſdem quantitatis cum ultima genitivi maſculini. Hinc in recto ſingulari fœminini orti à maſculino tertiæ declinationis producitur; in recto autẽ ſingulari fœminini orti à maſculino quintæ corripitur: ùt σπουδαῖος, [a] σπουδαία· ἡμέτερος, ἡμετέρα· χαρίεις, [b] χαρίεσσα· τυφθείς, [c] τυφθεῖσα.

Menander. Ταμεῖον ἀρετῆς ἐστι γενναία γυνή. i. *Virtutis penu eſt generoſa mulier.*

[a] *Vid. reg. 2 & 3.*
[b] *Vi. reg. 1.*
[c] *Vid. reg 2*

(

Duntaxat

Hæc duo, πότνια, δῖα, [d] orta à maſculinis πότνιος (*venerandus*) δῖος (*divinus*) ultimam corripiunt.

[d] *Aliqui his addunt πέπειρα & σεβάσμια: quæ tamen rectus ſingularis vix agnoſcit. Nam πέπειρος (maturus) & σεβάσμιος (venerandus) communis generis ſũt.*

Nota quartò,

Quòd in ſecunda ſimplicium alpha finale in *genitivo ſingulari ſemper producitur, in accuſativo & vocativo ſingulari* eſt ejuſdem quantitatis cujus in recto eſt: ùt σπουδαία (*proba*) [e] σπουδαίας, σπουδαίαν, σπουδαία· σφαῖρα (*ſphæra*) τῆς σφαίρας, τὴν σφαῖραν, ὦ σφαῖρα.

[e] *Vid. reg. 2 & 3.*

Nota quintò,

Quòd tum in prima, tum in ſecunda declinatione ſimplicium *alpha finale in nominativo, accuſativo & vocativo duali, & in accuſativo* plurali ſemper producitur: ùt [f] τὼ ὦ βιβλιοπώλα, τοὺς βιβλιοπώλας· ἡ τράπεζα, σφαῖρα, τὼ ὦ τραπέζα, σφαίρα, τὰς τραπέζας, σφαίρας.

[f] *Vide regulas hujus capitis ſingulas.*

Dun-

Duntaxat

Apud Dores in ſecundâ alpha finale accuſativi pluralis eſt ejuſdem quantitatis cum ultima ſyllaba recti ſingularis : ùt πᾶσα *(omnis) communiter* πάσας *(omnes) Doricè* * πᾶσας.

*Vid.reg. 2 & 3.

Theocr. Idyl. ε. ——— Αὔριον ὔμμε
Πᾶσας ἐγὼ λουσῶ Συβαρίτιδος ἔνδοθι κράνας. i.
Cras vos Omnes (capras) ego lavabo in fonte Sybaritide.

Nota ſextò,

Quòd in participijs finale alpha in genere maſculino recti ſingularis producitur, in neutro verò corripitur : ùt ὁ *ποιήσας, τὸ ποιῆσαν.

**Vid.reg. 2 & 3.*

Nota ſeptimò,

Quòd in verbis iota finale, niſi in diphthongo, ſemper corripitur : ùt τύψουσι, non τυψοῦσι.

Vi.reg.1.

Nota octavò,

Quòd υ finale in verbis ſemper producitur : ùt ἐζεύγνυν, ἐζεύγνυς, non ἔζευγνυν, ἔζευγνυς, aut ἐζεύγνυν, ἐζεύγνυς.

Duntaxat

In tertia plurali Bœotica corripitur : ùt in ἔφυν (Bœoticè pro ἔφυσαν) orti ſunt à φύμαι *orior.*

*Expedit in accentuum rationem & alia multa ſcire de quantitate ſyllabarum, quæ hîc ſine digreſſione nimis longa doceri non poſſunt. Legatur *Bailius de ſyllabarum Græcarum quantitate.*

**Vel Scotus ex Vergara & Bailio.*

CAPVT 14.

Accentuum ratio in contractione.

Regula 1.

IN contractione ex gravi & acuto fit acutus: ùt καθηγεόμενα, καθηγούμενα· τιμαέτω, τιμάτω.

Epictetus. Ἑκάστου ἔργου σκόπει τὰ καθηγούμενα, καὶ τὰ ἀκόλουθα αὐτοῦ, καὶ οὕτως ἔρχου ἐπ᾽ αὐτό. i. *Cujuſque operis conſidera antecedentia & conſequentia, & ſic ipſum aggredere.*

Regula 2.

Ex acuto & gravi fit circumflexus: ùt φάος (*lumen*) φῶς, νοσέειν νοσεῖν, ἐπιμελέεσθαι ἐπιμελεῖσθαι.

Euripides in Bacchis, ùt eſt apud Stobæum. Βέλτιον ἐστι σῶμά γ᾽, ἢ ψυχὴν νοσεῖν. i. *Præſtat corpore, quàm animo ægrotare.*

Plato de rep. 3. Ἐπιμελεῖσθαι σώματος δεῖ ψυχῆς ἕνεκεν ἁρμονίας. i. *Curandum eſt corpus ob eam, quam habet anima cum eo, harmoniam.*

Excipe primò

In accuſativo ſingulari nominũ quartæ declinationis contractorum: ùt λητόα, λητώ· σαπφόα, σαπφώ.

Duntaxat

Duntaxat

In ejuſdem declinationis nominibus exeuntibus in ως accuſativus ſingularis * ſequitur regulam : ùt ἡ ἠώς, ἡ αἰδώς, τὴν ἠόα, ἠῶ, αἰδόα, αἰδῶ.

Odyſ. π. Νηῒ θοῇ πλείοντες ἐμίμνομεν ἠῶ δῖαν. i. *Nave veloce navigantes expectabamus auroram divinam.*

Odyſ. ρ. Αἰδῶ δ' οὐκ ἀγαθὴν φησ' ἔμμεναι ἀνδρὶ προΐκτῃ. i. *Pudorem dicit non eſſe bonum viro mendico.*

**Bailius negat: ſed Poſſelius, Urbanus, Anteſignanus affirmant. Et exempla ſic ſe habent in exemplaribus probatiſſimis.*

Secundò excipe

In nominativo, accuſativo & vocativo dualibus : ùt τὼ ὦ μνάα, μνᾶ, *minæ duæ* : τὼ ὦ ὀστέω, ὀστῶ *oſſa duo* : τὼ ὦ νόω, νῶ.

Excipe tertiò

In quibuſdam genitivis pluralibus : quales ſunt εὐηθέων, συνηθέων, ἀσυνηθέων, τριηρέων (ab εὐήθης, *ſimplex*, συνήθης, *conſuetus*, ἀσυνήθης, *inſuetus*, τριήρης, *triremis*) in contractione non εὐηθῶν, συνηθῶν, ἀσυνηθῶν, τριηρῶν, ſed accentu retracto εὐήθων, συνήθων, ἀσυνήθων, τριήρων.

Regula 3.

Syllaba tono affecta, ſi in eam non cadit contractio, retinet tonum quem ante contractionem habebat : ùt τίμαε, τίμα· εὔνοος, εὔνους.

Phocylides. Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας. i. *Primò Deum honora, deinde parentes tuos.*

Excipe

I

Nonnulla, quæ metalla ſignificant: ùt χρύσεος (*aureus*) ἀργύρεος (*argenteus*) χάλκεος (*æneus*) per contractionem χρυσοῦς, ἀργυροῦς, χαλκοῦς.

Stobæus. Σωκράτης ἰδὼν μειράκιον πλούσιον καὶ ἀπαίδευτον, Ἰδού, ἔφη, χρυσοῦν ἀνδράποδον. i. *Socrates videns juvenem divitem & eruditionis expertem, Ecce, inquit, aureum mancipium.*

2

Nonnulla etiam, quæ aliam materiam ſignificant: ùt κεράμεος (*argillaceus*) λίνεος (*lineus*) ἐρέεος (*laneus*) per contractionem κεραμοῦς, λινοῦς, ἐρεοῦς.

3

Nonnulla etiam, quæ colorem denotant: ùt πορφύρεος (*purpureus*) πορφυροῦς.

Ariſtonymus. Διονύσιος Ἀρίστιππον ἔπειθεν, ἀποθέμενον τὸν τρίβωνα, πορφυροῦν ἱμάτιον περιβαλέσθαι. i. *Dionyſius Ariſtippo perſuaſit, ut depoſita veſte attrita (ſeu amiculo philoſophico) indueret purpuram.*

4

Hæc duo nomina, ἀδελφιδοῦς (*ex fratre vel ſorore nepos*) θυγατριδοῦς (*filiæ filius*) contracta ex inuſitatis ἀδελφίδεος, θυγατρίδεος.

CAPUT 15.

*Accentus ratio in voce, cui contigit *Proſtheſis.*

**Lilius & Camdenus appellant protheſin: ſed contra omnes veteres Grammaticos, Soſipatrum Chariſium, Diomedem, Valerium Probum, Donatum, Tryphonem, ne plures nominem.*

Regula 1:

CUm` verbis per proſtheſin ſyllaba adjicitur, tonus & mutatur, & retrahitur: ùt ἦν ἔην, *eram*; εἶπα ἔειπα, *dixi*; ἦγα ἔαγα, *fregi*; κλῦθι κέκλυθι, *audi*.

Odyſ ρ. Κέκλυτέ μευ μνηστῆρες ἀγακλειτῆς βασιλείης. i. *Audite me, proci reginæ celeberrimæ.*

Duntaxat ⎧ *Adde.*
partim ⎩ *Excipe.*

Adde,

Additamentum.

Quatenus licet per canones capitis ſecundi & decimi tertij. Hinc ἤτην, *erant duo*, per proſtheſin ἐήτην, tono nec mutato, nec retracto. Non retracto: quia, ſi dicas ἔητην, violabis decimi tertij capitis regulam primam. Non mutato: quia, ſi dicas ἐῆτην, violabis ejuſdem capitis legem tertiam. Hinc etiam ἔλδομαι, *cupio*, ἥνδανον, *placebam*; per proſtheſin ἐέλδομαι, ἐήνδανον: non ἔελδομαι, ἔηνδανον, quia eſſet contra ſecundi capitis articulum ſeptimum; nec ἐἔλδομαι, ἐῆνδανον, quia utrumque repugnaret ejuſdem

dem capitis articulo octavo, prius etiam articulo decimo-quarto.

Excipe

I

Ἔειπε pro εἶπε, *dicito*.

2

Modum infinitivum : quippe in cujus temporibus *tonus per prosthesin nunquam retrahitur*, nec (nisi quatenus suprà traditi canones exigunt) mutatur : ùt τραφέμεν (*Ionicè pro* τραφῆναι, *nutritum esse*) per prosthesin τετραφέμεν. Δεῖσαι (*timuisse*) δεδεῖσαι. Ἔλσαι (per syncopen pro ἐλάσαι) per prosthesin non ἠελσαι, sed ἐέλσαι.

Il. φ. Πρὶν κατὰ Ἰλιόφιν κλυτὰ τείχεα λαὸν ἐέλσαι. i. *Priusquam intra Iliï inclyta mœnia populum abegeris.*

Regula 2.

In participijs, post quamcunque *prosthesin tonus manet*, ut ante prosthesin fuit ; ùt ταγών (*qui extendit, à* ταγίζω) τεταγών.

CAPVT

CAPUT 16.

Accentus ratio in vocabulo Epentheſin paſſo.

Regula 1

De ω inſerto ab Atticis.

Attici in nonnullorum verborum præteritis perfectis, inſerto ω, tonum mutant: ùt εἶθα (*conſuevi*) ἀφεῖκα (*dimiſi*) ἀφεῖμαι; *dimiſſus ſum*; Atticè εἴωθα & ἔωθα, ἀφέωκα, ἀφέωμαι.

Regula 2

De ε inſerto à Poëtis.

Poëtæ, inſerto ε, tonum modò mutant, modò à ſyllaba, cui inſedit, promovent, modò ab ea (ſaltem partim) retrahunt, modò non mutant aut ipſum, aut locum ejus.

Mutant: ùt πενθεῖτον, *lugetis*, πενθείετον. Τεξεῖσθε (*Doricè pro τέξεσθε, *parietis*) Poëticè per Epentheſin τοῦ ε, τεξείεσθε.

Vid. l. 2. c. 8 in excep. 4. de prima ſingulari in modo indicativo.

Promovent: ùt ἐξέρηται, *interroget*, ἐξέρεσθαι, *interrogare*, Poëticè ἐξερέηται, ἐξερέεσθαι.

Odyſ. τ. ——— Ἐθέλω δέ μιν ἐξερέεσθαι. i. *Volo eum interrogare.*

Retrahunt : ùt (quod apud Xenophontem eſt) *μεμνῷτο*, apud Homerum eſt *μεμνέωτο*.

Non mutant aut ipſum, aut locum ejus : ùt *Ἀδρασίδης, Ἀδρασηΐδης*.

Regula 3

De iota inſerto à Poëtis.

1

Cùm Poëtæ iota inſerunt ante ſyllabam tono picto affectam, tonus manet, ut priús : ùt *χρεώ, χρειώ opus ; ἐρωτῶ, εἰρωτῶ interrogo ; δεδιότες, δειδιότες, veriti.*

2

Cùm verò inſerunt in ſyllabam tono affectam, vel poſt illam, tum prout ſecundi & decimi tertij capitis canones exigunt, aut non exigunt, toni mutatio fit, aut non fit.

Non fit : ùt *ὁδοῖν, ὁδοιῖν, viarum ; μαρναμένοιν, μαρναμένοιϊν.*

Il. α. *Εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιϊν. i. Si de vobis hæc omnia reſciverint contendentibus.*

Fit : ùt *ῥέα, facilè, ῥεῖα. γελοῖος, ridiculus, γελοίϊος.* In priore exemplo acutus mutatur in circumflexum, exigente ſic capitis decimi tertij regula ſecunda : in poſteriore circumflexus in acutum, ſic poſtulante capitis ſecundi articulo octavo.

Heſiod. *Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει. i. Facilè quidem effert (Deus) facilè verò elatum deprimit.*

Regula 4

De α, ο, *&* ω, *inſertis à Poëtis.*

Poëtæ, inſerto α, ο, aut ω, accentum interdum retrahunt, interdum & mutant, interdum promovent, interdum non mutant aut ſedem aut ſpeciem.

Retrahunt: ùt φάνθεν (Bœoticè pro φάνθησαν, ſeu ἐφάνθησαν à φαίνομαι) Poëticè φάανθεν.

Il. α. ——— Δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν. i. *Terribiles autem ejus oculi viſi ſunt.*

Et mutant: ùt πηδῶ, γελῶ, *ſalio, rideo,* πηδώω, γελόω.

Promovent: ùt πήδων, γέλων (ſine augmento, pro ἐπήδων, ἐγέλων, *ſaliebam, ridebam*) Poëticè πηδώων, γελόων, & (per aliam Epentheſin) apud Homerum γελοίων.

Non mutant aut ſedem aut ſpeciem: ùt εὐχετώμην, *gloriabar,* εὐχετοώμην.

Regula 5

De ε *inſerto ab Ionibus.*

Iones, inſerto ε, tonum mutant, & retrahunt: ùt βοῶ, βοέω, θανεῖν, θανέειν.

Hom. Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι. Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν. i. *Omne mortis genus miſeris mortalibus formidabile. Fame verò emori miſerrimum.*

Regula 6.

Poſt quamcunque aliam Epentheſin tonus manet,

net, ut priùs fuit : ùt ἀγεῖν, ἀγαγεῖν.

Duntaxat adde,

Quatenus leges capitis ſecundi & decimi ten patiuntur : ùt ἦγον, ἤγαγον, *ducebam* · ἐνίπτε, ἐνίπαπε, *objurgavit.*

CAPVT 17.

Accentus ratio in dictione Paragogen paſſa.

Regula I

De iota adjecto ab Atticis.

Quocunque tono, quacunque in ſyllaba dictio afficitur, quotie Attici illi indicandi cauſa paragogicè addunt iota, ὀξυτονεῖ): ùt τὸν νυνί, *nunc* · ταύτης *huius*, ταυτησί · οὗτος, *hic*, οὑτοσί.

Ariſtophan. in Nubib. Καὶ τουτονὶ γοῦν οἶδ' ἐγὼ, κἀκεινονί. i. *Et hunc ego novi & illum* : pro τοῦτον, κἀκεῖνον.

Regula 2

De ſyllaba θα *adjecta ab Æolibus.*

Cùm ſyllaba θα perſonæ alicui paragogicè adjicitur

(adjicitur autē ab Æolibus familiariſſimè verborum perſonis ſecundis ſingularibus) tonus manet, ut prius fuit: ut ποθορῇς (Doricè & Ionicè pro προσορᾷς) Æolicè ποθορῇσθα, *intueris*, apud Theocritum: pro κλαίεις κλαίοισθα, *lugeres*, apud Homerum.

Duntaxat adde,

Quatenus licet per capitis ſecundi articulum ſeptimum & octavum: ut ἔδειρας, *excoriâſti*, ἐδείρασθα· οἶδας, οἶδασθα.

Regula 3

De ſyllabis φι & φιν adiectis à Poëtis.

Cum φι vel φιν per paragogen alicui caſui adjungitur (adjungitur autem à Poëtis caſibus omnibus) tonus manet tum idem, tum ſuper vocalem aut diphthongum eandem: ut εὐνή, * εὐνῆφι, *cubile*: εὐναί, εὐναῖφι, *cubilia*: ἐξ ἐρέβευς, ἐξ ἐρέβεσφι, Il. ι. ex Erebo. ὑπὸ κράτεσι, ὑπὸ κράτεσφι, *ſub capitibus*, Iliad. κ. ἐξ εὐνῆς, ἐξ εὐνῆφι, *è cubili*, Odyſ. ε. φαινομένη, φαινομένηφι.

Vid. c. 13. ex reg. 2. nota 2 & 1.

Odyſ. ζ Ἀλλ᾽ ἴομεν πλυνέουσαι ἅμ᾽ ἠοῖ φαινομένηφι. i. *Sed eamus loturæ unâ cum aurora apparente.*

Duntaxat { *Adde.*
Excipe.

Adde,

Quatenus ſecundi capitis articulus ſeptimus, & octavus

Additamentum.

octavus patiuntur: ut ἄκανθα, ἀκάνθαφι· μοῖρα, μοίραφι.

Excipe primò,

Cum alterutrum ſic adjectum præcedit ο. Nam utcunque vox ſe priùs habuerit, tum penacuitur: ut παρ' αὐτῷ, παρ' αὐτόφι, apud ipſum, Iliad. μ. Ἐπ' ἐσχάρα, ἐπ' ἐσχαρόφι, *ſuper foco*, Odyſ. ε. Δακρύοις, δακρυόφιν.

Odyſ. ε. ——— Οὐδέ ποτ' ὄσσε
Δακρυόφιν τέρσοντο, κατείβετο δὲ γλυκὺς αἰών.
i. *Neque unquam oculi ejus (Vlyſſis) à lachrymis ſiccabantur: conſumebatur autem dulcis ætas.*

Excipe ſecundò,

Cum vocalis aut diphthongus, cui tonus inſedit, tollitur: ut περὶ ναῶν, παρὰ ναῦφιν, *à navibus.*

Regula 4.

De ſyllaba δε adiecta paragogicè.

Cùm adjectivis τοῖος (*talis*) τόσος (*tantus*) τηλίκος (*tantus*) aut adverbijs τῆμος (*tum*) ἔνθα (*hic*) ἔνθεν (*hinc*) per paragogen adjicitur ſyllaba δε, tum illa ſe habent, ac ſi eſſent naturâ ὀξύτονα, & hæc ſe ad illa habet in morem dictionis encliticæ.

Illa ſe habent, ac ſi eſſent naturâ ὀξύτονα: ut τοιόσδε, τοιάδε, τοιοῦδε, τοιᾶσδε, τοιόνδε· τοσόσδε, τηλικόσδε, τημόσδε, ἐνθάδε, ἐνθένδε, non τοῖοσδε, τοῖαδε, &c.

Non τοίασδε dicit, ſed τοιᾶσδε, ac ſi rectus eſſet τοιός.

Plato. Ἀνὴρ ἐπιεικὴς, * τοιᾶσδε τύχης μετασχὼν, υἱὸν ἀπολέσας, ἤ τι ἄλλο, ὧν περὶ πλείστου ποιεῖται, ῥᾷστα οἴσει τῶν ἄλλων. i. *Vir probus, ſi in hujuſmodi fortunam inciderit, ſi filium amiſerit, aut quid aliud eorum, quæ plurimi facit, faciliùs feret, quàm alij.*

Theocrit. Idyl. 10. Ἐκ καλάμας ἄχυρον τελέθει * τημόσδε μάλιστα. i. *Ex culmo paleæ tum maximè exeunt.*

** Non dicis τῆμοσδε.*

Hæc ſe ad illa habet in morem dictionis encliticæ: ùt τοιάδε & (pro eo Ionicè) * τοιήδε, τοιαίδε, τοσήδε, τηλικήδε &c. non τοιῆδε, τοιαῖδε &c.

** Vi c. 13. reg. 2. not. 1.*

Dumtaxat

Δε ſic illis adjectum Attici, mutantes in δι, tonum adhuc promovent: ùt τοιοσδί, τοιαδί, ὡδί.

Exceptio.

Regula 5.

De quacunque alia Paragoge.

In alia quacunque Paragoge dictio illam paſſa, & in ſignificatione non mutata, paret quidem legibus capitis ſecundi & decimi tertij: quatenus verò per illas licet, ſe (quod ad tonum) habet, ſicut ante paragogen habuit: ùt προβάτοις, προβάτοισι, *ovibus*; ἧ, ἧχι, *ubi*: ἠοῖ, ἠοῖοι.

Il. α. Πρωῒ δ' ὑπ' ἠοῖοι σὺν τεύχεσι θωρηχθέντε. i. *Manè verò ſub aurora armati.*

CAPVT 18.

Accentus ratio in dictione paſſa Aphæreſin.

Regula 1.

Dictio, per Aphæreſin monoſyllaba facta, circumflectitur: ùt ἔβλω, ἔβλης, ἔβλη, per Aphæreſin βλῶ, βλῇς, βλῇ. Sic pro ἔφλω, ἔφλης, ἔφλη, per Aphæreſin φλῶ, φλῇς, φλῇ, & λῶ, λῇς, λῇ. Sic ἔγνων, ἔγνως, ἔγνω, per Aphæreſin γνῶν, γνῶς, γνῶ.

Excipe

*Vi. c. 2. art. 14. Cùm corripitur. Nam tum acuitur, quia * circumflexus non cadit in ſyllabam brevem: ùt ἔβαν, *ibant*, per Aphæreſin βάν.

Regula 2.

Cùm per Aphæreſin vox monoſyllaba quidem non evaſit, amiſit verò ſyllabam aut vocalem tono priùs affectam, tum tonus transfertur in ſyllabam proximam, pro ſyllabarum autem quantitate mutatus aut non mutatus.

Mutatus: ùt ἔθηκε, θῆκε.

*Vi. c. 13. reg. 2. Heſiod. * Θῆκε δέ μιν. i. *Poſuit verò ipſam.*

Non mutatus: ùt ἔκρυψε, κρύψε.

Idem. * Κρύψε δὲ πῦρ. i. *Occultavit verò ignem.*

*Vi.c.2. art.14.

A regula autem utraq;, tum illa priore, tum hac posteriore

Excipe primò,

Quòd, cum post Aphæresin remanet nota vocalis rejectæ, tum vox Aphæresin passa

tonum aut
- retinet affixum illi notæ, non translatum; ut ἃ ἔδωκας, ἃ 'δωκας (*quæ dedisti*) apud Aristophanem. ὁ ἄνθρωπος, ὤνθρωπος.
- in præcedentem dictionem * inclinat: ut ὁ Ἄδωνις, ὤδωνις. ὁ Ἄραβος, ὤραβος.
- prorsus amittit: ut ὦ ἄνα ὦ 'να, *ô rex.* ὦ ἄνθρωπε, ὦ 'νθρωπε.

*Vi.c.5. art.6.

Theocr. Idyl. 15. Σοφόν τι χρῆμ' ὤνθρωπος. i. *Sapiens quædam res est homo.*

Duntaxat

Vox ἔταν (*amice*) cum post adverbium ὦ talem Aphæresin patitur, & non cum eodem in unam vocem coalescit, tum tonum suum apud authores

*modò
- transfert: ut ὦ 'τάν.
- & transfert & mutat: ut ὦ 'τᾶν.
- nec transfert nec mutat: ut ὦ 'ταν.
- prorsus amittit: ut ὦ 'ταν.

*Vi.Scoti Gram.p. 117. 118.

Excipe secundò,

Quòd, cum ex voce ἔταν Aphæresin passa, & adverbio ὦ una vox fit, tum apud authores

[a]modò { ὀξυτονεῖται: ut ὠ παί.
περισπᾶται : ut ὠ παῖ.
προπερισπᾶται: ut ὦ παι.

Regula 3.

Cum poſt Aphæreſin vox nec monoſyllaba evaſit, nec ſyllabam aut vocalem, cui tonus inſedit, amiſit, tum (quod ad tonum) ſe habet, ſicut ante Aphæreſin habuit : ut ὦ ἀγαθὲ, ὦ 'γαθὲ, *ô bone* : ἐτέτυκτο, τέτυκτο, *factus erat.*

Excipe

In participijs paſſivis præteritum & pluſquam perfectum : ut λελεγμένος, βεβλημμένος, per Aphæreſin Æolicam[b] λέγμενος, βλήμμενος.

CAPVT 19.

Accentus ratio in voce Syncopen paſſa.

Regula 1.

CVm vocalis vel ſyllaba tonum præcedens per Syncopen tollitur, tum accentus poſt Syncopen manet, ut ante eam fuit: ut περιπιθὼν, περπιθὼν, *cùm perſuaſiſſet.* καταχεῦσαι, καγχεῦσαι, *effundere, ſeu effudiſſe.*

Regula

[a] *Vocem* ὦ παῖ *tanta toni varietate gaviſam eſſe non mirabimur, ſi, cum quanta affectionis & inde pronuntiationis varietate prolata ſit, conſideremus.*

[b] *Vid. l.* 2. *c.* 11. *in exceptione ab exceptione* 2.

Regula 2.

Cùm ſyllaba, tono affecta, tota per Syncopen tollitur, tum tonus modò retrahitur, modò promovetur, ſæpè & ipſe mutatur: ùt τυφθείητην, *(verberati ſint duo)* τυφθεῖτην· κεντῆσαι *(punxiſſe)* κένσαι. Sic & pro κυόνων *(à κύων, canis)* dici ſolet κυνῶν.

Regula 3.

Cùm non ſyllaba tota, cui tonus inſedit, ſed tantùm ejus pars per Syncopen eliditur, tum accentus modò itidem promovetur, modò retrahitur, modò autem loco non movetur.

Modò promovetur: ùt θυγατέρος, ἀνέρος, πατέρος, μητέρος, γαστέρος, per Syncopen θυγατρὸς, ἀνδρὸς, πατρὸς, μητρὸς, γαστρός.

Modò retrahitur: ùt ἀνέρα, ἄνδρα· ἀνέθεσαν *(reposuêrunt)* ἄνθεσαν· θυγατέρα, θυγατέρε, θυγατέρες, θυγατέρας, per Syncopen θύγατρα, θύγατρε, θύγατρες. θύγατρας.

Il. 2. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.
i. *Non oportet virum conſiliarium totam noctem dormire.*

Modò loco non movetur: tum verò pro ſyllabarum quantitate vel mutatur, vel non mutatur.

Mutatur: ùt κρεῖσσον, meliùs Doricè *κρέσσον· εὐρεῖα, *lata,* Ionicè εὐρέα. *Vi.c.2. art.14.

Non mutatur: ùt κρείσσων, melior, Doricè κρέσσων· ἀγείρεσθαι, *congregare,* Poëticè ἀγέρεσθαι.

Regula 4.

Cùm ſyllaba toni ſequens, aut ejus pars per Syncopen tollitur, tum etiam tonus modò retrahitur, modò dò promovetur, modò retinet locum ſuum.

Modò retrahitur: ùt *δεδάηκα, didici, δέδαα· δειδίαμεν, veriti ſumus, δείδιμεν· ἀνάστητε, ſurgite, ἄνστε·· χερείονι, inferiori, χέρηϊ.*

Modò promovetur. Sic pro *κύονος* (à *κύων, canis*) dici ſolet *κυνός*.

*vid.c. 13. Modò retinet locum ſuum; retinens verò * pro ſyllabarum quantitate nunc mutatur, nunc non mutatur.

Non mutatur: ùt *βορέεω* (Ionicè pro *βορέου*) *βορέω*.

Heſiodus. Νόσφι νότου, βορέω τε, καὶ ἀργέστεω, ζεφύρου τε. i. *Sine Noto, Boreáque, & Eteſijs, & Zephyro.*

Mutatur: ùt ἤλυθον ἦλθον, *veni*: εἴημεν, εἶμεν, *ſimus*: τυφθείημεν (*verberati ſimus*) τυφθεῖμεν.

CAPVT 20.

Accentus ratio in dictione cui accidit Apocope.

Regula 1.

CVm Apocope ſecum habet conjunctum Apoſtrophum, tum vox acùtitona eam paſſa, niſi & Enclitica ſit, & in præcedentem dictionem tonum ſuum inclinavérit, eum prorſus amittit. ùt ἐπὶ ἐμοῦ, ἐπ' ἐμοῦ, *mea ætate*: ἀλλὰ αἰεὶ, ἀλλ' αἰεί.

Theognis. Ἀλλ' αἰεὶ τῶν ἀγαθῶν ἔχεο. i. *Sed ſemper bonis viris teipſum adjungito.*

Duntaxat hîc excipienda ſunt

1

Nomina & verba acutitona talem & Apocopen & Apoſtrophum paſſa; quippe nihilominùs tonum ſuum non ſic amittentia, ſed (niſi in præcedentem dictionem inclinaverint) in [a]præcedentem ſuam ſyllabam retrahentia: ut κακὰ ἀνθρώποις, κάκ' ἀνθρώποις· εἷς δ' ἐστὶ αὐτογενής, εἷς δ' ἔστ' αὐτογενής· δεινὰ ἔπη, [b]δεῖν' ἔπη.

Odyſ. ρ. Ἣ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισι δίδωσι. i. *Qui (ſcilicet* γαστὴρ, *venter) multa mala hominibus affert.*

Orpheus de Deo. Εἷς δ' ἔστ' αὐτογενής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται i. *Unus eſt ex ſe genitus, unius ſoboles omnia.*

2

Et pronomina utrumque paſſa, quæ nec antè monoſyllaba fuerunt, nec pòſt cum voce ſequente coaleſcunt; quippe ſimiliter tonum ſuum (niſi inclinaverint) in priorem ſuam ſyllabam retrahentia: ut ἐμὲ δ' εὔφρανας, ἔμ' δ' εὔφρανας.

Theocrit. Τόσσον ἔμ' εὔφρανας τὺ φανείς. i. *Uſque eò tu apparens me exhilaraſti.*

Regula 2.

Quæcunque dictio, Apocopen paſſa, unà & cum voce ſequente in unam coaleſcit, illa tonum ſuum prorſus amittit, ſive rejectæ vocalis nota maneat, ſive non: ut τὸ αὐτὸ, τ᾽ αὐτό· καὶ ἐμὲ, κἀμέ· ἐγὼ οἶδα, ἐγῷδα· τοῦτ᾽ ἐστι, τουτέστι· ἀνὰ στόμα, ἀνστόμα.

---

[a] *Ex doctrina Varennij nomina talia, ſic paſſa, ſemper ſic retrahunt tonum, aliæ voces omnes prorſus amittunt. Sed (pace illius) ſunt & pronomina & verba ta ia, quæ, ſic paſſa, ſimiliter retrahant: ſunt etiam talia & verba & pronomina & nomina, quæ, ſic paſſa, interdum non ſic aut retrahant aut amittant tonū, ſed in præcedentem dictionem inclinent.*

[b] *Non autem (licèt Stephanus ſimilia ſoleat ſic pingere)* δεῖν' ἔπη. *Nam quare?*

Regula 3.

Voces Apocopen ſolam paſſæ, & * monoſyllabæ factæ, veſtiuntur quidem tono, ſed aliæ circumflexo, aliæ acuto.

** Monoſyllaba poſt Apocopen acuitur, inquit Poſſellius. Vix rectè. Nam non omnis.*

Aliæ circumflexo: ut pro βριθὺ, vel βριαρὸν, βρῖ apud Heſiodum: pro κρῖμνον (*farina craſſior*) κρῖ apud Homerum.

Aliæ acuto: ut apud omnes penè authores pro χρῆμα (ſi non potius pro χρῆναι) χρή, *oportet*: apud Homerum pro δαιτὶ (*convivio*) δαί· apud Sophoclem pro ῥᾴδιον (*facile*) ῥᾴ· apud Bionem pro ὅτι (*quod*) ὅ· apud Theognidem pro παρὰ πάρ.

Theognis. Αἰσχρὸν δ᾽ εἰ νήφων πὰρ μεθύουσι μένῃ. i. *Turpe ſobrium cum ebriis commorari.*

Regula 4.

Cum vox, Apocopen ſolam paſſa, monoſyllaba non fit, tum, ſi ablata ſit ſyllaba, cui tonus inſedit, tonus retrahitur: ut γλαφυρὸν (*concavum*) γλάφυ.

Heſiodus. ——— Πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχουσι Καὶ γλάφυ πετρῆεν. i. *Denſa latibula incolunt, & concavum* (*ſeu cavernam*) *ex ſaxo exculptum.*

Regula 5.

Cum vox, Apocopen ſolam paſſa, nec monoſyllaba evaſit, nec amiſit aut diphthongum, aut vocalem, cui tonus inſedit, tum tonus locum ſuum retinet, duntaxat pro ſyllabarum quantitate mutatus, aut non mutatus.

Non mutatus: ut pro ἀπόχρημι (ſi non potius pro ἀπόχρησι) ἀπόχρη, *ſufficit*: σαῶσε (ſine augmento pro ἐσαώσε) per Apocopen σαῶ, *conſervavit*. Sic pro τέτλαθι, τέτλα, *aude*: pro Ποσειδῶνα Ποσειδῶ, *Neptunum*: pro δάκρυον δάκρυ, *lachryma*.

Mutatus: ut οὔτασε, *vulneravit*, per Apocopen οὖτα.

Il. π. ——— * οὖτα δὲ δουρὶ Νείατον ἐς κενεῶνα. i. *Vulneravit verò (eum) haſta Inſimis in ilibus.*

*Vi.c. 13. reg. 2.

Finis Libri primi.

ΟΡΘΟΤΟΝΙΑΣ
Liber ſecundus,
De tonis ſingularum orationis partium in ſpecie.

CAPVT I.

De accentibus articulorum.

IN articulorum caſibus ſingulis quam vocalem aut diphthongum Grammatici tono veſtiunt in communi eorundem inflexione, eadem aut ſaltem illa, in quam mutatur, ſemper veſtitur tono, ídque eodem, (nec alio, niſi aliunde inclinetur) etiam in dialectis omnibus: ut τȣ͂, Doricè τῶ & τεῦ, Ionicè τοῖο. Τῆς,

τῇ,

τῶν, Doricè τᾶς, τᾶν. Τοῖν, τοῖς, Ionicè τοῖιν, τοῖσι.

Duntaxat

1

De articulo præpoſitivo { *Nota.* / *Excipe.*

Nota,

Quòd ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, quæ in communi illius inflexione nuda relinquuntur, interdum tonum ſuum induunt. Quandò verò, vide libr. 1. c. 4. articulo 5. in exceptionibus.

Excipe primò,

Quòd mutato accentu Poëtæ pro τοῦ dicunt τέο, & Æoles pro τῶν fœminino τάων.

Excipe ſecundò,

Quòd in hoc articulo compoſito cum enclitico [a]δὲ, pro ὅδε, τόδε, τόνδε &c. Attici, cum indicant, dicunt ὁδὶ, τοδὶ, τονδὶ &c.

Ariſtoph. Ἀλλ' εἶμ' ἐπὶ τονδὶ καὶ πατάξω. i. *Sed hunc adibo & pulſabo.*

2

De articulo ſubiunctivo

Excipe primò,

Quòd pro οὗ (*cujus*) Poëtæ per Proſtheſin dicunt ὅυ. Il. 2. —— [b]Ὅου κλέος οὔποτ' ὀλεῖται. i. *Cujus fama*

---

[a] *De enclitico* δὲ *vi. l.* 1. c. 10. ar. 3:

[b] Ἀντὶ τοῦ ὅτινος; *inquit Euſtathius, ſcilicet per Syncopen pro* ὅτου. *Sed pace tanti viri, non rectè. Sic etiam apud Homer. pro* οἱ (*ſibi*) ἑοῖ. *vid. c.* 6.

fama nunquam interibit.

Excipe ſecundò,

Quòd in hoc articulo compoſito cum τὶς pro οὗτινος Attici dicunt ὅτȣ, Dores ὅτω, Iones ὅτεο, Æoles ac Poëtæ ὅττεο· pro ᾧτινι Attici ὅτῳ, Iones ὅτεῳ & ὅτεω· pro ὧντινων Attici ὅτων, Iones ὁτέων· pro οἷστισι Iones ὁτέοισι.

Menander. Ἡδὺ τ' ἀποθνήσκειν ὅτῳ ζῆν μὴ παρέ-
ςιν, Ὡς βȣ́λεται. i. *Iucundum emori, cui vi-
vere non licebit, ùt libet.*

CAPVT 2.

Accentuum ratio in omnibus caſibus cùm nominum ſubſtantivorum, tum quorumcunque adiectivorum, excepto recto ſingulari.

Regula I.

De nominibus ſubſtantivis.

IN nominibus ſubſtantivis tonum recti ſingularis ſequuntur reliqui caſus omnes: hoc eſt, quam vocalem aut diphthongum tonus occupat in recto ſingulari, eandem, aut illam, in quam mutatur, occupat, ídque idem tonus in omnibus alijs caſibus numerorum omnium: ut λόγος, λόγου, λόγῳ, λόγον, λόγε, λόγω, λόγοιν, λόγοι, λόγων, λόγοις, λόγους, λόγοι. Ἀηδών, *luſcinia*, ἀηδόνος, ἀηδόνι, ἀηδόνα, ἀηδών, ἀηδόνε, ἀηδόνοιν, ἀηδόνες, ἀηδόνων, ἀηδόσι, ἀηδόνας, ἀηδόνες.

Regula 2

De quibuſcunque adiectivis.

In adjectivis (ſive ſint nomina, ſive pronomina, ſive participia) tonum maſculini, fœminini & neutrius generis in recto ſingulari ſequuntur ejuſdem generis reliqui caſus omnes: id eſt, quam vocalem aut diphthongum accentus poſſidet in recti ſingularis genere maſculino, fœminino, aut neutro, eandem, aut illam, in quam mutatur, poſſidet, ídque idem accentus in omnibus alijs caſib' ejuſdem generis per numeros omnes: ut ἀληθής, ἀληθέος, ἀληθέϊ, ἀληθέα, ἀληθής, ἀληθές, ἀληθέοιν, ἀληθέες, ἀληθέων, ἀληθέσι, ἀληθέας, ἀληθέες. Ἡμετέρα, ἡμετέρας, ἡμετέρᾳ, ἡμετέραν &c. Τυφθὲν, τυφθέντος, τυφθέντι &c.

Tantummodo, ad has duas regulas quod attinet,

Partim {
Illis adde.
Ab illis excipe.
De illis nota.

Adde in genere,

Quatenus licet per accentuum leges generales. *Additamentum.*

Adde

Adde in ſpecie.

1 Quatenus licet per primi libri capitis ſecundi articulum ſeptimum. Hinc ἄμεινον (*melius*) in recto, ἀμείνονος in genitivo. Accentus manet idem, ſed loco motus, quia ne accutus quidem præcedit antepenultimam.

2 Quatenus per ejuſdem capitis articulum octavum: ùt τὸ πῶϋ, *ovile*, τοῦ πώεος· ποιῆσαν, *operatum*, ποιήσαντος. In utroque exemplo toni locus idem eſt, ſed tonus non idem, quia circumflexus non cadit in antepenultimam.

3 Quatenus per ejuſdem articulum decimumquartum ùt ὁ Θωμᾶς, οἱ *Θωμαί. ὁ Ἡρακλῆς, τοῦ Ἡρακλέος. In neutro mutatur locus, in utroque verò tonus, quia circumflexus non cadit in ſyllabam brevem.

*Vi.l.1.c. 13.in nota generali 1.

4 Quatenus per primi libri capitis decimi-tertij regulam primam: ùt σφέτερος, σφετέρου. Tonus manet idem, ſed propter ultimam longam tranſlatus in penultimam.

5 Quatenus per ejuſdem capitis regulam ſecundam: ùt χείρ, χεῖρα, χεῖρε, χεῖρες, χεῖρας· ἡ φήμη, αἱ ὦ φῆμαι· τυφθείς & τυφθέν, τοῖς τυφθεῖσι. In omnibus locus idem eſt, ſed propter ſyllabarum quantitatem acutus mutatur in circumflexum.

6 Quatenus per ejuſdem tertiam: ùt τὸ δῶρον, *donum*, τοῦ δώρου· τυφθεῖσα, τυφθείσης. Locus idem, ſed propter ultimam longam circumflexus mutatur in acutum.

Hæc ſunt, quæ his regulis addenda erant. Sequuntur ab illis excipienda.

Ab illis autem excipe in declinationibus tum { *ſimplicium.* / *contractorum.*

In ſimplicium declinationibus excipe
- *1 in quatuor proribus ſimul.*
- *2 in duabus prioribus.*
- *3 in prima ſola.*
- *4 in ſecunda ſola.*
- *5 in quinta.*

1 *In quatuor prioribus declinationibus ſimul, ab his regulis*

Excipe primò,

Quòd, utcunque ſe habeat rectus ſingularis, nominativus, accuſativus & vocativus duales nunquam περισπῶνται· ὡς ὁ Θωμᾶς, τὼ ὦ Θωμᾶ· ἡ μνᾶ, τὰ ὦ μνᾶ· ὁ νοῦς, τὼ ὦ νώ· τὸ ὀστοῦν, τὼ ὦ ὀστώ.

Excipe ſecundò,

Quòd in quatuor prioribus, quoties rectus ſingularis ὀξυτονεῖται, genitivi & dativi omnes περισπῶνται· ὡς κριτής, *judex*, κριτοῦ, κριτῇ, κριταῖν, κριτῶν, κριταῖς· ἐμή, *mea*, ἐμῆς, ἐμῇ, ἐμαῖν, ἐμῶν, ἐμαῖς· ψυχή, ψυχῆς &c ὀφθαλμός, ὀφθαλμοῦ &c.

Sophocles. Ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, ὁ νοῦς ἐν τῇ ψυχῇ. i. *Vt viſus in oculo, ſic intellectus in anima.*

Duntaxat

I

In prima declinatione, cùm rectus ſingularis eſt ὀξύτονος, genitivus cùm Ionicus tum Æolicus numeri ſingularis προπαροξύτονος eſt: ὡς ποιητής, Poëta, genitivus Ionicus eſt ποιητέω, Æolicus ποιητάο.

2

Tum in prima, tum in ſecunda, cùm rectus ſingularis ὀξύτονος eſt, genitivus pluralis & Ionicus & Æolicus eſt προπαροξύτονος: ὡς ποιητής, τιμή· genitivus pluralis Ionicus eſt ποιητέων, τιμέων, Æolicus ποιητάων, τιμάων.

3

In tertia, cùm rectus ſingularis ὀξυτονεῖται, genitivus cùm ſingularis tum dualis, ut & dativus tum dualis tum pluralis in dialecto Ionica προπερισπᾶται· ut ἡ ὁδός, *via*, τοῦ ὁδοῖο, τοῖιν ὁδοῖιν, τοῖς ὁδοῖσι.

4

In quarta, genitivus ſingularis nominis ὀξυτόνου [a] eſt etiam ὀξύτονος· ut ὁ νεώς, *templum*, ὁ λεώς, *populus*, ὁ λαγώς, *lepus*, τοῦ νεώ, τοῦ λεώ, τοῦ λαγώ.

Demoſthen. περὶ Στεφάνου. Λαγὼ βίον ἔζης δεδιὼς, καὶ τρέμων, καὶ ἀεὶ πληγήσεσθαι προσδοκῶν. i. *Leporis vitam agebas timens ac tremens, & ſemper expectans ut vapules.*

2 *In duabus prioribus declinationibus ab his regulis excipe,*

Quòd, quoties rectus ſingularis eſt vel προπαροξύτο-

νος,

[a] *Hinc Vergara in Grammatica eum* ὀξυτονεῖ. *Optimè. Caninius tamen* περισπᾷ. *Peſſimè. Varennius duos genitivos vult eſſe* ὀξυτόνοις. *Non ſatis. Bailius omnes obliquos, hoc eſt, præter genitivum ſingularem, etiam dativum, imò & genitivum & dativum cùm dualem, tum pluralem. Nimis: & hoc ille (quod ſciam) ſolus, & ex ſuo (opinor) cerebro, non ex ullo apud authores exemplo.*

νος, vel προπαροξύτονος, vel προπερισπώμενος, genitivus pluralis etiam περισπᾶται· ut δεσπότης, δόξα, τράπεζα, τυφθεῖσα, τῶν δεσποτῶν, δοξῶν, τραπεζῶν, τυφθεισῶν.

Euripid. Μέτεστι τοῖς δούλοισι δεσποτῶν νόσου. i. *Servi participant morbum dominorum.*

Duntaxat

1

Genitivus pluralis quatuor nominum ſubſtantivorum, nimirum χρήστης, *fœnerator*, χλούνης, *aper*, *ἐτησίαι, *venti Eteſiæ*, ἀπύα (aliâs ἀφύα) *apua*, ſequitur regulam de ſubſtantivis: ùt χρήστων, χλουώων, ἐτησίων, ἀπύων.

** Rectus ſingularis ſupponitur eſſe ἐτησίας, licèt forſan inuſitatus.*

Ariſtophan. Ὑπὸ γὰρ τόκων, χρήστων τε δυσκολωτάτων
Ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι. i. *Nam ab uſuris, uſurariiſq́; difficillimis agor, feror, bona oppignero, ſeu, bona mea pignori capiuntur.*

2

Genitivus pluralis quorumcunque adjectivorum fœminini generis, non ὀξυτόνων, oriundorum à maſculino declinationis tertiæ, ſequitur regulam de adjectivis, intellectam ſcilicet (ùt intelligi debet) cum additamentis: ut ἰδία, ἰδίων, *privata, privatarum*; ἡμετέρα, ἡμετέρων, *noſtra, noſtrarum*; δῖα, δίων, *divina, divinarum*; πότνια, ποτνίων, *veneranda, venerandarum.*

Tantum Dores & hujuſmodi adjectiuorum genitivum pluralem περισπῶσι.

3

In prima declinatione, cùm rectus ſingularis παὀξυτονεῖται, genitivus pluralis Ionicus eſt παροξύτονος· ut πρεσβύτης, ſenex, τῶν *πρεσβυτέων.

*V.l.1.c. 13.in excep. 2.à reg.1.

4

Vtcunque ſe habeat rectus ſingularis, in ſecunda declinatione ginitiuus pluralis Ionicus, in utrâque Æolicus παροξυτονεῖται· ut in ſecunda, nominum δόξα, τράπεζα genitivus pluralis Ionicus eſt δοξέων τραπεζέων, Æolicus δοξάων, τραπεζάων· in prima, nominis δεσπότης genitivus pluralis Æolicus eſt δεσποτάων.

3 *In prima declinatione ſola, à regulis*

Excipe primò

Quòd in illa, cum rectus ſingularis περισπᾶται, genitivus ſingularis in Ionica & Æolica dialecto *etiam παροξυτονεῖται· ut Ἑρμῆς, *Mercurius*, Ionicus genitivus eſt Ἑρμέω, Æolicus Ἑρμάο.

**Sicut cùm rectus ὀξυτονεῖται, p.68.*

Excipe ſecundò

Quòd nominum δεσπότης, *herus*, μητιέτης, *conſiliarius*, εὐρυόπης, *latè videns*, vocativus ſingularis tonum retrahit: ut ὦ μητίετα, εὐρύοπα, δέσποτα.

Multi his addunt ἀκάκητα.

Philemon. Οὐκ ἂν δύναιο μὴ γενέσθαι, δέσποτα, Ἄνθρωπος, ὢν ἄνθρωπος· ἄλλως βοᾷς. i. *Non poteris, here, non eſſe homo, homo cùm ſis: fruſtrà clamas.*

4. *In ſecunda declinatione ſola, ab his regulis*

Excipe primò,

Quòd adjectivi *μία* (*una*) & ejus compoſitorum genitivi & dativi omnes περισπῶνται: ùt *μία, μιᾶς, μιᾷ*, &c. οὐδεμία, μηδεμία, οὐδεμιᾶς &c. μηδεμιᾶς &c.

Sotades, ut eſt apud Stobeum. Ἡμέρας μιᾶς ἀλυπία μέγα ἐστὶ κέρδος. i. *unius diei indolentia magnum eſt lucrum.*

Excipe ſecundò,

Quòd adjectiva fœminina, quorum maſculinum eſt tertiæ declinationis, in recto plurali ſequuntur non fœmininum, ſed maſculinum recti ſingularis: ùt ἴδιος, ἰδία, *privatus, privata*; ἡμέτερος, ἡμετέρα, *noſter, noſtra*; λίθινος, λιθίνη, lapideus, lapidea: fœminina in recto plurali, non ἰδίαι, ἡμετέραι, λιθίναι, ſed ἴδιαι, ἡμέτεραι, λίθιναι.

Æſchines contra Timarchum. Αἱ ἴδιαι ἔχθραι πολλὰ πάνυ τῶν κοινῶν ἐπανορθοῦσι. i. *Privatæ inimicitiæ multa omninò in publicis negotijs corrigunt.*

Duntaxat

Fœmininum adjectivi *μέγας* in recto plurali ſequitur non *μέγας*, ſed illud, unde formatur, inuſitatum μεγάλος.

Pindarus. Ἀρεταὶ δ᾽ αἰεὶ μεγάλαι πολύμυθοι. i. *Magnæ virtutes ſunt ſemper multorum verborum.*

5 *In ſimplicium quinta, ab his regulis*

Excipe primò,

Quòd duo hæc nomina, *μήτηρ, θυγάτηρ,* in omnibus obliquis (excepto vocativo ſingulari) ut & in recto cùm duali tum plurali, Syncopen ni patiantur, tonum ſuum promovent: ut *μητέρος, μητέρι, μητέρα, μητέρες* &c. *θυγάτηρ, θυγατέρος* &c.

Odyſ. *κ* Ἔνθ᾽ ὅγε θυγατέρας πόρεν υἱάσιν εἶναι ἀκοίτας, i. *Tum ille filias filiis dedit in uxores.*

Et quòd idem faciunt, quotiès *παροξυτονοῦνται, δηϊότης, hoſtilitas. ταχύτης, celeritas*; quippe eoſdem caſus tono ſemper ſic afficientia, ac ſi ſemper eſſent (ut ſæpè quidem ſunt) *ὀξύτονα·* ut *δηϊοτῆτος* &c. *ταχυτῆτος* &c.

Excipe ſecundò,

Quòd nominum polyſyllaborum in *ων* vocativus ſingularis in maſculino, fœminino, aut communi genere deſinens in *ον* tonum retrahit: ut *κακοδαίμων, βελτίων, ὦ κακόδαιμον, βέλτιον.*

Menander. Ὦ τρὶς κακόδαιμον, ὅστις ὢν πένης γαμεῖ. i. *O ter infelix, quiſquis pauper exiſtens ducit uxorem.*

Duntaxat

I

Vocativus nominum compoſitorum à *φρὴν* non retrahit: ut *δαΐφρων, prudens, ταλαίφρων, ærumnarum patiens, ὦ δαΐφρον,* **ταλαῖφρον.*

Sophocles.

**Compoſita à φρὴν in vocativo acuunt penultimam, inquit Bailiius. Vix rectè. V. l. 1. c. 13. reg. 2.*

Sophocles. Τί δ' ὦ παλαῖφρον;

2

Vocatinus nominum Λακεδαίμων, Παλαίμων, Ἱκετάων, Μαχάων, Ἀρετάων & ſubſtantivi Εὐδαίμων ſimiliter non retrahit: ùt ὦ Λακεδαῖμον, Μαχᾶον, Εὐδαῖμον &c.

3

Nec in dialecto Æolica ullorum omninò nominum in *ων* vocativus tonum retrahit. ùt κακοδαίμων, βελτίων, ὦ κακοδαῖμον, βελτίον.

Excipe tertiò

Quòd vocativus ſingularis nominum γυνή, *mulier*, δαήρ, *levir*, ἀνήρ, *vir*, θυγάτηρ, *filia*, πατήρ, *pater*, εἰνάτηρ, *fratria*, σωτήρ, *ſervator*, Δημήτηρ, *Ceres*, ſimiliter tonum retrahit ùt ὦ γύναι, δᾶερ, ἄνερ, θύγατερ, πάτερ, εἴνατερ, σῶτερ, Δήμητερ.

Euripides Μὴ γαυρίου, πάτερ. Κύκλος γὰρ ἕρπει· τῷ μὲν ἔσθ', ὃ δ' οὐκ ἔχει. i *Ne gloriare, pater. In orbem enim vertuntur: hic habet, ille non habet.*

Duntaxat

Atticis vocativus ſemper ſimilis eſt nominativo, ùt voce, ſic & tono,

Excipe quartò,

Quòd in eadem declinatione omnium monoſyllaborum genitivus & dativus ſingularis, ùt & dativus pluralis ultimam acuunt, genitivus pluralis, ùt & genitivus & dativus duales ultimam circumflectunt: ùt χεὶρ, χειρὸς· χειρί· χερσί· χειροῖν· χειρῶν· κλὼν *ramus*, κλωνός· κλωνί· κλωσί· κλωνοῖν· κλωνῶν.

Quódque idem accidit ijſdem caſibus diſſyllaborum γυνὴ & κύων: ùt γυναικός· γυναικί· γυναικοῖν &c. κυνός· κυνί· κυνοῖν· κυνῶν· κυσί.

Phocylides. Ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμη, χλιδαὶ δὲ γυναιξί. i. *Viros non decet coma, at mulieres decent capilli delicatiores.*

Item quòd id ipſum contingit ijſdem caſibus nominum γόνυ, *genu*, & δόρυ, *haſta*, cùm patiuntur Metatheſin: ùt γουνός· γουνί &c. δουρός· δουρί &c.

Præterea quòd idem accidit ijſdem caſibus nominum μήτηρ θυγάτηρ, quoties patiuntur Syncopen: ùt μητρός· μητρί· μητροῖν &c. θυγατρός· θυγατρί· &c.

Denique quòd idem uſu venit ejſdem caſibus adadjectivorum compoſitorum ab εἷς & ἕν· ùt οὐδείς, μηδείς, οὐδὲν, μηδὲν, genitivus & dativus non οὐδένος, μηδένος, οὐδένι, μηδένι, ſed οὐδενός, μηδενός, οὐδενί, μηδενί· &c.

** V. l. 1. c. 2. art. 10 & c. 3. art. 1 & 2.*

Epictetus. Μηδέποτε ἐπὶ * μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτὸ, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη· τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; οὐκοῦν καὶ τοῦτο ἀπεδόθη. i. *De nulla unquam re dicas, Perdidi illam, ſed, Reſtitui. Puellus mortuus eſt? Reſtitutus eſt. Ager ſublatus eſt? Igitur & hic reſtitutus.*

Duntaxat

I

Genitivum dualem Poëtæ, inſerto iota, περισπῶσι, pluralem Iones inſerto ε παροξυτονοῦσιν: ùt *ποδοῖν, ποδοῖϊν, pedum; χειρῶν, χειρέων, manuum.*

2

Genitivus pluralis monoſyllaborum *δᾶς, fax; δμὼς, ſervus; τρὼς, Trojanus; θὼς, animal lupo ſimile; φὼς, homo; κρὰς, caput*, ſequitur regulas: ut *δᾴδων, δμώων, τρώων, θώων, φώτων, κράτων.*

Naumachius. *Πολλῶν γρῆες ἔπερσαν ἐΰκλιτα δώματα φώτων.* i. *Multorum hominum benè extructas domos anus evertêrunt.*

Tantùm Dores & horum genitivum pluralem *περισπῶσιν*· ùt *δᾳδῶν, φωτῶν.*

3

Genitivus pluralis etiam omnium monoſyllaborum, quorum rectus ſingularis circumflectitur, ſequitur regulas, intellectas ſcilicet (ut ſemper intelligi debent) cum additamentis: ùt *λᾶς, lapis, λάων· φῶς, lumen, φώτων· παῖς παίδων, πᾶς, πάντων.*

Hippothous. *Παίδων κρατεῖν δεῖ τῶν νεωτέρων σοφούς.* i. *Oportet ſapientes, pueros juniores cobibere.*

Tantùm Dores & hujuſmodi monoſyllaborum genitivos plurales *περισπῶσιν*· ùt *παιδῶν, παντῶν.*

4

Dativus pluralis nominis *πᾶς* regulæ paret: ùt *πᾶς πᾶσι*, non *πασί.*

5

Idem etiam facit omnium monoſyllaborum dativus pluralis Poëticus: ùt *κρὰς κράτεσσι, παῖς παίδεσσι, ποῦς πόδεσσι, βοῦς βόεσσι.*

Theocritus Idyl. 16. Μόσχοι σὺν κεραοῖσιν ἐμυκήσαντο βόεσσι. i. *Vituli cum cornutis mugiêrunt bobus,*

6

Dativus pluralis nominum μήτηρ & θυγάτηρ παροξυτονοῦνται· ὡς μητράσι, θυγατράσι.

7

Nonnullorum monoſyllaborum, per contractionem ſic factorum, omnes jam excepti caſus interdum regulam ſequuntur: ὡς ἦρ (per contractionem pro ἔαρ *ver*) τοῦ ἠρος· ἠρί· &c: ſed interdum & ἦρος, ἦρι· &c. Λᾶς (pro λάας *lapis*) λαός· λαΐ· &c: ſed interdum & λᾶος, λᾶι &c.

Thucydid. Τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι. i. *Deſinente hyeme, ineunte vere.*

8

Participiorum etiam monoſyllaborum caſus omnes obtemperant regulæ: ὡς στὰς, στάντος, στάντι, στάντοιν, στάντων, στᾶσι.

9

Omnes etiam caſus interrogativi τίς regulæ obtemperant: ὡς τίς, τίνος, τίνι, τίνοιν, τίνων, τίσι.

Excipe quintò,

Quòd in eadem declinatione monoſyllabi τὶς indefiniti omnes caſus ὀξυτονοῦνται· ὡς τινός· τινί· τινά· τινὲ· τινὲς· τινάς· &c.

Duntaxat

Attici pro τινὸς, τινὶ dicunt τοῦ, τῷ.

Hæc de excipiendis in declinationibus ſimplicium.

In declinationibus contractorum excipe
1 in omnibus ſimul.
2 in prima } *ſola.*
3 in tertia } *ſola.*
4 in quarta } *ſola.*

1 In omnibus ſimul à regulis
Excipe,

Quòd, utcunque ſe habeat rectus ſingularis, caſus contracti ſequuntur doctrinam de accentus ratione in contractione: de qua lib. 1. c. 24.

2 In contractorum prima ſola
Excipe primò,

Quòd in illa ſubſtantiva polyſyllaba in vocativo ſingulari tonum retrahunt: ut ὁ Ἡρακλῆς, ὦ Ἥρακλεες· ὁ Ἀπολλοφάνης, ὦ Ἀπολλόφανες.

Author citatus à Stobæo. Πλουτεῖν φασί σε πάντες, ἐγὼ δέ σε φημὶ πένεσθαι. Χρῆσις γὰρ πλούτου μάρτυς, Ἀπολλόφανες. i. *Omnes dicunt te divitem eſſe: ego verò dico, te eſſe pauperem. Vſus enim divitias teſtatur, ô Apollophanes.*

Excipe ſecundò,

Quòd idem faciunt & quædam adjectiva polyſyllaba:

laba: ὺt ὁ καὶ ἡ συγγενής, ὦ σύγγενες.

3 *In contractorum tertia*

Excipe,

Quòd in illa vocativus ſingularis ſemper circumflectitur: ὺt ὁ βασιλεὺς, ὦ βασιλεῦ.

Quò etiam referendum eſt heteroclitum Ζεὺς, ὦ Ζεῦ.

Theognis. Σὸν δὲ κράτος πάντων ἔστ᾽ ὕπατη, βασιλεῦ. i. *Tua verò, ô rex, potentia eſt omnium ſuprem*

Duntaxat

Attici faciunt nominativo ſimilem: ὺt ὦ βασιλεύς. Quod faciunt etiam cum Æoles tum Dores, ſed utriq; utrumq; παροξυτονοῦντες: ut ὁ βασίλευς, ὦ βασίλευ.

4 *In contractorum quarta à regula*

Excipe primò,

Quòd in illa vocativus ſingularis ſemper etia περισπᾶται· ut ἡ Λητώ, ὦ Λητοῖ· ἡ Γοργώ, ὦ Γοργοῖ

Theocrit. Idyl. 15. Γοργοῖ, δὸς τὰν χέρα μοι. i *Gorgo da mihi manum.*

Excipe ſecundò,

Quòd in illa Euſtathius vult etiam accuſativu pluralem ſemper περισπᾶσθαι· ut ἡ σαπφώ, τὰς σαπφοῦς, non σαπφώς.

Hacten

Hactenus de eis, quæ à regulis erant excipienda. Reſtant jam notanda quædam.

Nota igitur primò,

Quòd authores, præcipuè Poëtæ, per Metaplaſ-num mutantes caſum (imprimis dativum) ſecundæ c tertiæ declinationis ſimplicium in caſum quintæ, ono illum ita afficiunt, ac ſi deſcenderet à recto ngulari quintæ. Sic pro ἀλκῆ ab ἀλκὴ (*robur*) pro σμίνῃ ab ὑσμίνη (*prælium*) pro μελικράτῳ à μελί-ατον (*aqua mulſa*) dicunt ἀλκὶ, ὑσμῖνι, μελίκρατι, c ſi haberent rectum ἀλ`ξ, ὑσμὶν, μελίκρας.

Nota ſecundò,

Dores in quintæ declinationis ſimplicium nume-o plurali *ας* finale producere, & inde voces, in com-uni dialecto προπερισπωμένας & προπαροξυτόνους, n ſua * παροξυτονεῖν· ut communiter πτᾶνας, αἴαν-ς, Doricè πτανάς, αἰάντας.

Secund. l. 1. *c.* 13. *reg.* 1 *&* 3.

Nota tertiò,

Quòd adjectivi μέγας & μέγα caſus ejuſdem gene-s obliqui omnes (præter accuſativum & vocativum ngulares) ut & rectus cùm dualis tum pluralis ſe-untur illum, unde deſcendunt, rectum inuſitatum γάλος & μεγάλον· ut μεγάλου, μεγάλῳ, μεγά-ω &c.

Pythagoras: Πράττε μεγάλα, μὴ ὑπισχνούμενος γάλα. i. *Age res præclaras, nihil interim pollicens magnifici.*

Nota

laba : ùt ὁ καὶ ἡ συγγενής, ὦ σύγγενες.

3 *In contractorum tertia*

Excipe,

Quòd in illa vocativus ſingularis ſemper circumflectitur : ùt ὁ βασιλεύς, ὦ βασιλεῦ.

Quò etiam referendum eſt heteroclitum Ζεύς, Ζεῦ.

Theognis. Σὸν δὲ κράτος πάντων ἔσθ' ὕπατ βασιλεῦ.i.*Tua verò, ô rex, potentia eſt omnium ſuprem*

Duntaxat

Attici faciunt nominativo ſimilem : ùt ὦ βασιλεύς. Quod faciunt etiam cum Æoles tum Dores ſed utriq; utrumq; παροξυτονοῦντες: ut ὁ βασίλευς, βασίλευ.

4 *In contractorum quarta à regula*

Excipe primò,

Quòd in illa vocativus ſingularis ſemper etiam περισπᾶται· ut ἡ Λητώ, ὦ Λητοῖ· ἡ Γοργώ, ὦ Γοργ

Theocrit. Idyl. 15. Γοργοῖ, δὸς τὰν χέρα μοι. *Gorgo da mihi manum.*

Excipe ſecundò,

Quòd in illa Euſtathius vult etiam accuſativum pluralem ſemper περισπᾶσθαι· ut ἡ σαπφώ, τὰς σαπφοῦς, non σαπφούς.

Hactenus de eis, quæ à regulis erant excipienda. Reſtant jam notanda quædam.

Nota igitur primò,

Quòd authores, præcipuè Poëtæ, per Metaplaſmum mutantes caſum (imprimis dativum) ſecundæ tertiæ declinationis ſimplicium in caſum quintæ, ono illum ita afficiunt, ac ſi deſcenderet à recto ngulari quintæ. Sic pro ἀλκῇ ab ἀλκὴ (*robur*) pro μίνῃ ab ὑσμίνη (*prælium*) pro μελικράτῳ à μελί-ρατον (*aqua mulſ.*) dicunt ἀλκὶ, ὑσμῖνι, μελίκρατι, ſi haberent rectum ἀλξ, ὑσμὶν, μελίκρας.

Nota ſecundò,

Dores in quintæ declinationis ſimplicium numeplurali ας finale producere, & inde voces, in communi dialecto προπερισπωμένας & προπαροξυτόνους, ſua * παροξυτονεῖν · ut communiter πταῦας, αἴαντας, Doricè πταύας, αἰαύτας.

Secund. l. 1. c. 13. reg. 1 & 3.

Nota tertiò,

Quòd adjectivi μέγας & μέγα caſus ejuſdem geneobliqui omnes (præter accuſativum & vocativum ngulares) ut & rectus cùm dualis tum pluralis ſequuntur illum, unde deſcendunt, rectum inuſitatum γάλος & μεγάλον · ùt μεγάλου, μεγάλῳ, μεγά- &c.

Pythagoras: Πρᾶττε μεγάλα, μὴ ὑπισχνούμενος γάλα. i. *Age res præclaras, nihil interim pollicens magfici.*

Nota

Nota quartò,

Numeralia ſingulari carentia quem ſortiantur tonum, ſatis emergere ex eorum deſcriptione in Grammatica.

Nota quintò,

Tria illa pronomina recto carentia, ἐμαυτῦ, σ αυτῦ, ἑαυτῦ per omnes caſus ita tono affici, ac ſi de ſcenderent à recto acutitono,

Duntaxat

Apud Iones eadem omnia ſe habent, ac ſi oriren tur à recto penacuto: ùt ἐμεωϋτέῳ, ἐμεωϋτέῳ, σ ωϋτέῳ, σεωϋτέῳ, ἑωϋτέῳ, ἑωϋτέῳ &c.

Nota ſextò,

Iones etiam pronominum οὗτος & αὐτὸς caſus om nes obliquos, ùt & rectos cùm duales tum plurales i ta inflectere & tono induere, ac ſi rectos ſingular habeerent ὅτεος, αὐτέος· ùt τουτέῳ, τουτέῳ· αὐ τέῳ, αὐτέῳ, &c.

Nota ſeptimò,

Quòd Attici, quoties pronominis vocalem ul mam mutant in iota, aut illi ſubſcriptum iota ad tus affigunt, idem *ὀξυτονοῦσι. Sic pro τῦτο, τυτ dicunt, cùm indicant, τουτί, τωυτί· ſic etiam p τύτῳ, τουτωί.

**Quod etiam faciunt, cùm pronomini addunt iota. V l. 1. c. 17. reg. 1.*

Ariſto

Ariſtophanes in Ranis. Οἴ μοι, πόθεν μοι ταυτὶ
ὶ κακὰ προσέπεσε; i. *Hei mihi! unde mihi hæc mala*
cciderunt?

De τουτωῒ pro τούτῳ vide exemplum regulæ quar-
æ capitis hujus libri decimi tertij.

Nota octavò,

Nomina ſubſequentia partim ex hoc capite, par-
im ex primi libri capitibus 13 & 19 per omnes ca-
s ſic ſortiri tonum.

Ἡ χεὶρ, τοῦ χειρὸς, τῇ χειρὶ, τὴν χεῖρ[illegible] ὦ χεὶρ, P. 74, 35.
ὼ ὦ χεῖρε, τοῖν χειροῖν, αἱ χεῖρες, τῶν χειρῶν, ταῖς 36.
ερσὶ, τὰς χεῖρας, ὦ χεῖρες.

Ἡ θυγάτηρ τῆς θυγατέρος θυγατρὸς, τῇ θυγατέρι P. 57. 72,
υγατρὶ, τὴν θυγατέρα θύγατρα, ὦ θύγατερ, τὼ ὦ θυ- 73, 74, 76.
τέρε θύγατρε, τοῖν θυγατέροιν θυγατροῖν, αἱ θυ-
τέρες θύγατρες, τῶν θυγατέρων θυγατρῶν, ταῖς
υγατράσι, τὰς θυγατέρας θύγατρας, ὦ θυγατέ-
ες θύγατρες.

Γυνὴ, γυναικὸς, γυναικὶ, γυναῖκα, γύναι, γυναῖ- P. 74, 73,
ε, γυναικοῖν, γυναῖκες, γυναικῶν, γυναιξὶ, γυναῖ- 35, 36.
ς, γυναῖκες.

Μήτηρ, μητέρος, μητρὸς, μητέρι μητρὶ, μητέρα, P. 35, 36.
ῆτερ, μητέρε, μητέροιν, μητέρες, μητέρων, μητρά- 74-76.
ι, μητέρας, μητέρες.

Ἡ σφαῖρα, τῆς σφαίρας, τῇ σφαίρᾳ, τὴν σφαῖραν, ὦ P. 35. 36.
φαῖρα, τὼ ὦ σφαίρα, τοῖν σφαίραιν, αἱ ὦ σφαῖραι, 37. 40.
ῶν σφαιρῶν, ταῖς σφαίραις, τὰς σφαίρας.

CAPVT

CAPVT 3.

De accentu fœminini & neutrius generis in recto ſingulari adiectivorũ omniũ.

IN adjectivis (ſive ſint nomina, ſive pronomina, ſive participia) tonum maſculini generis in recto ſingulari ſequitur cùm fœmininum tum neutrum: id eſt, quam vocalem aut diphthongum tonus occupat in maſculino genere recti ſingularis, eandem, aut eam, in quam mutatur, occupat, ídque idem tonus in ejuſdem recti cùm fœminino tum neutro: ùt *πονηρὸς, πονηρὰ, πονηρὸν, μέλας, μέλαινα, μέλαν· τύπτων, τύπτουσα, τύπτον.*

Solummodò { *Adde:*
partim { *Excipe.*

Adde in genere,

Additamenta. Quatenus generales accentuum leges patiuntur.

Adde in ſpecie.

1 Quatenus patitur primi libri capitis ſecundi articulus ſeptimus. Hinc *ἥμισυς, dimidius, ἡμίσεια, dimidia.*

2 Quatenus ejuſdem octavus: ùt *θῆλυς, fœmininus, θήλεια, fœminea.*

3 Quatenus ejuſdem decimus quartus: ut εἷς, *unus*, ἕν, *unum*.

4 Quatenus ejuſdem libri capitis 13 regula prima: ut βέλτιστος, βελτίστη, ἡμέτερος, [a] ἡμετέρα.

5 Quatenus ejuſdem ſecunda: ut βραδὺς, [b] βραδεῖα, *tardus, tarda*: τιμήεις, τιμῆεν, *honorabilis, honorabile*: τυφθεὶς, τυφθεῖσα.

6 Quatenus ejuſdem tertia: ut γυναικεῖος, [c] γυναικεία.

Hæc erant addenda. Sequuntur, quæ ſunt excipienda.

Excipe igitur primò,

Quòd fœmininum genus duorum adjectivorum, nempe ἐλαχὺς *parvus*, λιγὺς *ſuavis*, tonum retrahit: ut ἐλάχεια, λίγεια.

Excipe ſecundò,

Quòd nominum adjectivorum, quorum maſculinum (ſeu potiùs commune) genus exit in ων, neutrum, polyſyllabum ſi ſit, retrahit accentum. ut ἀμείνων, ἄμεινον, ἐχθίων, ἔχθιον· εὐδαίμων, εὔδαιμον.

Sophocles in Electra. Βουλῆς γὰρ οὐδέν ἐστιν ἔχθιον κακῆς. i. *Nam conſilio malo nihil eſt odioſius.*

Heſiod. teſte Stobæo. Ὦ γῆρας, ὡς ἅπασιν ἀνθρώ-
ποισιν εἶ Ποθεινὸν, ὡς δ᾽ ἄδαιμον, εἶθ᾽, ὅταν πα-
ρῇς, Ἀχθηρόν. i. *O ſenectus, quam cunctis homini-
bus es Optata, tanquam beata! deinde, cùm ades,
Moleſta.*

Excipe tertiò,

Quòd adjectiva compoſita in ης, quorum commune eſt παροξύτονον, in neutro tonum etiam retrahunt:

[a] *Vide idem caput in nota generali 3.*

[b] *V. ibid.*

[c] *V. ibid.*

hunt: ut αὐτάρκης, αὔταρκες· συνήθης, σύνηθες.

Menander. Τὸ συνῆθες οὐδαμοῦ παροπτέον. i. *Conſuetudo nuſquam eſt negligenda.*

Excipe quartò,

Quòd adjectivum χαρίεις, *gratioſus*, in neutro (tametſi aliqui refragantur) accentum (interdum ſaltem) retrahit

Menander. Χαρίεν ἐστ᾽ ἄνθρωπος, ἂν ἄνθρωπος ᾖ. i. *Gratioſa res eſt homo, ſi homo ſit.*

Alius apud Stobæum. Λεωνίδας ἀκούσας ὅτι σκιάζεσθαι τὸν ἥλιον τοῖς Περσῶν τοξεύμασι, Χαρίεν, ἔφη, ὅτι καὶ ὑπὸ σκιᾷ μαχούμεθα. i. *Leonides, audito, ſolem Perſarum telis obumbrari, Gratum, inquit, quoniam ſub umbra pugnabimus.*

CAPUT 4.

De accentu generis maſculini in recto ſingulari adiectivorum comparativi & ſuperlativi gradus.

Regula 1.

Nomina adjectiva comparativi gradus in maſculino genere recti ſingularis, ſi in ων deſinant, παροξύτονα ſunt; ſi in ρος, προπαροξύτονα: ut κρείσσων, βελτίων· ἀλογώτερος, σοφώτερος.

Menander. Ἀμαρτάνει δὲ καὶ σοφοῦ σοφώτερος. i. *Peccat etiam ſapientiſſimus.*

Regula 2.

Nomina adjectiva ſuperlativi gradus in maſculino genere recti ſingularis, polyſyllaba ſi ſint, ſunt προπαροξύτονα· ſin diſſyllaba, προπερισπώμενα· ut σοφώτατος, πλεῖστος.

Eſchylus. Ἔξω ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτατος. i. *Extra iram unuſquiſque ſapientior.*

CAPUT 5.

De accentu recti ſingularis in nominibus ſubſtantivis, & maſculini recti in poſitivo gradu adiectivorum.

Sectio 1.

Primò.

DE accentu recti ſingularis in omnibus nominibus ſubſtantivis, & maſculini generis in recto ſingulari poſitivi gradus adjectivorum conſtare poteſt ex Lexico; ſaltem ſic poteſt, ut vix cuiquam poſſit ullo modo certiùs: ex Lexico, inquam, Henrici Stephani, ut etiam ex (ejus compendio) Lexico Scapulæ

Secundò.

Quemadmodum apud Latinos de omnium primarum mediarúmve ſyllabarum quantitate ex regulis conſtare nullo modo poteſt: ſic nec apud Græcos ex regulis poteſt conſtare de accentu recti ſingularis in omnibus nominibus ſubſtantivis, aut recti maſculini in poſitivo gradu omnium adjectivorum.

Tertiò.

Quæcunque nomina apud authores frequenter occurrunt (pleraque autem occurrunt frequenter) eorum toni ex mediocri authorum lectione addiſci poſſunt: & eò nunc faciliùs; quia (ad multa quod attinet, ut non dicam pleraque) in quemcunque alium eorum caſum inter legendum incideris, ejus ductu nunc ad accentum recti ſingularis, ſecundi capitis luce præeunte, ſicut per rivulum ad fontem, pervenire poteris.

Quartò.

Sciendum tamen, quòd ſunt cùm in ſubſtantivis, tum in adjectivis non pauca, quæ in ſignificatione varia habeant accentum varium. ùt *βίος vita, βιὸς arcus*: *πονηρὸς malus*, *πόνηρος laborioſus*. Horum catalogum ſcripſit Cyrillus, ſi non potiùs Philoponus; qui conjungi ſolet cùm Lexico Scapulæ: quem conſule.

Quintò.

Sciendum item, quòd dialecti etiam varietas ſæpe pe variat tonũ. V. G. Æoles accentũ ſæpe retrahũt: ùt pro καλὸς dicũt κάλος. Dores in quibuſdam promovent: ùt pro φιλόσοφος dicunt φιλοσόφος, pro μόχθος dicunt μοχθός. Attici in quibuſdam retrahunt: ùt pro μωρὸς μῶρος, pro διετὴς διέτης: in quibuſdam promovent: ùt pro ὅμοιος ὁμοῖος. pro τρόπαιον τροπαῖον.

Sectio 2.

DE accentu recti ſingularis in nominibus, ſicut apud Latinos de primarum mediarúmque ſyllabarum quantitate paucæ regulæ tradi poſſunt; & eædem partim de ſubſtantivis, partim de adjectivis.

De ſubſtantivis.

Regula 1.

Subſtantiva monoſyllaba generis neutrius, ùt & generum aliorum per contractionem monoſyllaba facta in recto ſingulari περισπῶνται· ut πῦρ, παῖς, ῥοῦς.

Regula 2.

Subſtantiva quartæ declinationis contractorum ſunt omnia ὀξύτονα: ut λητώ· αἰδώς.

Regula 3.

Subſtantiva tertiæ contractorum in communi dialecto ſunt ὀξύτονα, ut Ἀχιλλεύς· Τυδεύς· in Dorica & Æolica παροξύτονα, ut Ἀχίλλευς, Τύδευς.

Il. β. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεύς. i. *Non eſt bonum multo-*

rum impērium : unus dominus eſto, Unus rex.

Regula 4.

Verbalia in *μα*, orta à prima ſingulari perfecti paſſivi, polyſyllaba ſi ſint, ſunt *προπαροξύτονα*, ut *ποίημα, μέλισμα*· ſi diſſyllaba, *pro penultimæ quantitate *παροξύτονα*, vel *προπερισπώμενα*. ut *γράμμα ſcriptum, τρῶμα vulnus.*

*V. l. 1. c. 13.

Euripides. ——— Παῖδες δὲ χρηστοὶ
Καλὸν τὸ θησαύρισμα, τοῖς τεκοῦσί τε Ἀ-
νάθημα βιότου. i. *Liberi boni Sunt pulcher*
theſaurus, parentibúſque Ornamentum vitæ.

Regula 5.

Eorundem verbalium diminutiva ſunt *προπαροξύτονα*· ut *δωμάτιον domuncula, μελισμάτιον cantiuncula.*

Regula 6.

Subſtantiva in *εια*. formata ab adjectivis in *ης*, etiam *προπαροξυτονοῦνται*· ut *εὐσέβεια, ἀλήθεια, pietas, veritas.*

Duntaxat

Cum patiuntur Syncopen, *παροξύτονα* fiunt : ut *ὑγίεια*, per Syncopen *ὑγεία, φιλοκέρδεια, φιλοκερδία.*

Regula 7.

Subſtantiva in *εια*, orta à verbis in *εύω*, *παροξυτονοῦνται*· ut *δουλεία ſervitus, πρεσβεία legatio.*

De

De adiectivis.

Regula 1.

Adjectiva in κος, aptitudinem ſeu potentiam ad aliquid agendum ſignificantia ὀξυτονοῦνται · ùt πρακτικός · ζητητικός.

Regula 2.

Adjectiva verbalia in εος παροξύτονα ſunt : ùt γραπτέος, λεκτέος.

Regula 3.

Adjectiva compoſita à nomine & verbi præterito[a] medio, ſi paſſivè ſignificant, προπαροξύτονα ſunt ; ſi activè παροξύτονα fiunt, ſi non & fiant ſubſtantiva : ùt λαότροφος, *à populo nutritus*, πατρόκτονος, *à patre interfectus* : λαοτρόφος *populi nutritor*, πατροκτόνος, *patris interfector.*

Sunt, qui de accentu recti ſingularis in nominibus ſubſtãtivis, & maſculini recti in poſitivo gradu adjectivorum & alias regulas tradunt, eaſdemq́; quàm plurimas · ſed eas partim non veras, partim, veræ ut ſint, [a] *adjectis vocabulis,* Sæpiùs, ùt plurimum, Ferè ſemper. *Huiuſmodi autem regulis lector aut innititur, aut non innititur. Si innititur, ut non ſemper erret ; tamem(quia* κατὰ παντὸς *non ſunt) ſemper errori obnoxius erit, non parùm ſæpè reverà errabit. Quòd ſi non innititur, aut innixus ſic periclitatur, minori cum diſpendio celantur, quàm traduntur. Per univerſam quidem accentuum rationem ubicunq; in una aliqua voce, aut toto aliquo genere uſus quandam ſibi aſſumpſit* [b] *libertatem, ibi hæ voces,* interdum, plerumq;, ferè ſem-

per,

[a] Vi. Bailium.

[b] Scilicet tam non pingendi tonum, quàm pingendi, tam hunc, quã illum, tam hîc, quàm illîc, tam non inclinandi, quàm inclinandi. Vi. p. 10, 11, 31, 55, 56, 29, 30.

per, & ſimiles locum ſuum habent, eundémq; pernecessarium, ut, quòd libertas ſit, & quæ, & quatenus ab eo ſibi aſſumpta, & proinde nobis indulta, intelligamus. A generali item regula ubi diſſidet aliqua ſpecies, ibi neceſſariò eſt ſubjungenda exceptio, licèt hæc κατὰ παντὸς εἴδους neque ſit, neque poſſit eſſe. Sed ubi horum neutrum occurrit, imò & ubi tam feliciter nos expedit Lexicon, ibi quàm plurimas regulas tradere, quibus lector quodammodo avocetur à Lexico, & cuncta alia authoritate, magiſtra certiſſima; & tamen non dare illi, ubi tutus inſiſtat, eſt (ùt mihi videtur) ludere, ſi non deludere; & non tam docere, quàm ſeducere.

CAPUT 6.

De accentibus pronominum.

Sectio 1.

De pronominum ſubſtantivorum accentibus per caſus omnes.

IN ſingulis caſibus pronominum ſubſtantivorum quæ vacalis aut diphthongus accentum apud Grammaticos ſortitur in cõmuni eorundẽ inflexione, eadẽ, aut ea, in quam mutatur, accentum ſemper ſortitur, ídque eundem accentum, exceptis excipiendis: ùt ἐμοῦ, σοῦ, οὗ, Doricè ἐμεῦ, σεῦ, ἑῦ; & Poëticè ἐμεῖο,

ἐμεῖο σεῖο, εἷο· in ſingulis vox quidem alteratur; ſed tonus, aut toni locus non mutatur.

Sed addidi, exceptis excipiendis.

Excipe ergo in { *Primo.* / *Secundo.* / *Tertio.*

In primo pronomine ſubſtantivo excipe,

Primò de ἐγώ.

Quòd pro ἐγώ dicunt {
- Æoles ἐγῶν, accentu mutato.
- Attici ἔγωγε, accentu retracto.

Il. γ. Ἀρνειῷ μιν ἔγωγε, ἐΐσκω πηγεσιμάλλῳ. i. *Arieti ipſum ego aſſimilo velleris albi.*

Πηγεσιμαλλῳ

Secundò de ἐμοῦ.

Quòd pro ἐμοῦ dicunt {
- Iones ἐμέο.
- Attici {
  - 1 ùt vult { Vrbanus, ἐμέοθεν. / Laſcaris, ἐμεόθεν.
  - 2 per ſyncopen, ἐμέθεν.
- Poëtæ (ùt vult Camdenus) ἐμέοθεν.

Odyſ. τ. Ὄφρα καθεζόμενος εἴπῃ ἔπος, ἠδ' ἐπακούσῃ Ὁ ξεῖνος ἐμέθεν. i. *Vt ſedens loquatur hoſpes, & audiat me loquentem.*

Tertiò de ἐμοί.

Quòd pro ἐμοί Attici dicunt ἔμοιγε.

Il. α. ——— Παρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, Οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς. i. *Apud me & alij, Qui me honore afficient, imprimis verò Iupiter conſiliarius.*

Quartò de νῶϊ,

Quòd pro νῶϊ dicunt {
- Attici (vocem contrahentes) νώ.
- Tum vocem tum tonum mutantes {
  - Dores ἄμμε.
  - Æoles ἄμμε.

Bion Idyl. 5. Εἶαρ ἐμοὶ τριπόθατον ὅλῳ λυκάβαντι παρείη, Ἁνίκα μήτε κρύος, μήθ' ἥλιος ἄμμε βαρύνει. i. *Ver mihi jucundiſſimum toto anno adſit, Quandò neque frigus neque ſol nos gravat, ſive offendit.*

Quintò de ἡμεῖς,

Quòd pro ἡμεῖς dicunt tono {
- mutato, Iones ἡμέες.
- tum mutato tum retracto {
  - Dores ἅμμες & ἅμες.
  - Æoles ἄμμες.

Sextò de ἡμῶν,

Quòd pro ἡμῶν dicunt {
- Iones ἡμέων.
- Poëtæ ἡμείων.
- Dores ἁμέων.
- Æoles {
  - ἀμμέων.
  - ἄμμων.

Septimò de ἡμῖν,

Quòd pro ἡμῖν dicunt mutato {
- accentu, {
  - Poëtæ ἥμιν.
  - Dores ἁμίν.
- loco, Attici ἧμιν.
- & accentu & loco, Æoles tum {
  - ἄμμι:
  - ἄμμιν.

Bion Idyl. 5. Εἰ μὲν γὰρ βιότω διπλόον χρόνον ἁμὶν ἔδωκε. i. *Nam ſi vita nobis duo tempora dediſſet.*

Octavò de ἡμᾶς,

Quòd pro ἡμᾶς dicunt { Iones ἡμέας.
Æoles (ùt vult Camdenus) ἄμμας.

Excipe in ſecundo pronomine ſubſtantivo.

Primò de σοῦ,

Quòd pro σοῦ, unâ cum voce mutato & tono { Iones σέο.
Attici { σέοθεν.
& per ſyncopen σέθεν.

Il. α. Φέρτερός εἰμι σέθεν. i. *Te ſum præſtantior.*

Secundò de ὑμεῖς,

Quòd pro ὑμεῖς dicunt tono { mutato, Iones ὑμέες,
& retracto & mutato { Dores { ὗμες.
ὕμμες.
Æoles ὔμμες.

Il. α. Οὔτι μοι ὔμμες ἐπαίτιοι, ἀλλ' Ἀγαμέμνων. *Nequaquam mihi vos in cauſa eſtis, ſed Agamemnon.*

Tertiò de σφῶϊ *vel* σφώ.

Quòd pro σφῶϊ vel σφῷ (*vos duo*) in totum mutato etiam vocabulo, dicunt Dores ὕμμε, Æoles ὔμμε, factum à plurali ſuo ὕμμες, ὔμμες.

Quartò

Quartò de ὑμῶν,

Quòd pro ὑμῶν dicunt
Iones ὑμέων.
Poëtæ ὑμείων.
Æoles ὐμμέων. ὔμμων.

Quintò de ὑμῖν,

Quòd pro ὑμῖν dicunt
Poëtæ ὑμίν.
Æoles ὔμμιν. ὔμμι.
Dores ὑμμιν. ὔμμι.

Theocrit. Idyl. α. ——— Ἐγὼ δ' ὔμμιν καὶ ἐς ὕστερον ἅδιον * ᾀσῶ. i. *Ego verò vobis & in posterum dulcius canam.*

**Doricè pro ᾄσω. V. c. 8 in excep. 4. de modo indicativo.*

Sextò de ὑμᾶς,

Quòd pro ὑμᾶς dicunt
Iones ὑμέας.
Æoles ὔμμας.
Dores ὔμμας.

Theocr. Idyl. 2. Πάντως καὶ πελέκεις καὶ λαμπάδες ἦνθον ἐφ' ὑμέας. i. *Omninò & bipennes & faces venissent ad vos.*

Excipe in tertio pronomine ſubſtantivo.

Primò de οὗ,

Quòd pro οὗ dicunt
Iones ἕο.
Attici ἕοθεν. & (per ſyncopen) ἕθεν.
Poëtæ (ſi credimus Camdeno) ἕθεν.

Secundò

Secundò de οἷ.

Quòd pro οἷ Iones, ſaltem Poëtæ dicunt ἑοῖ· ut ἑοῖ αὐτῷ, *ſibi ipſi*, apud Homerum.

Tertiò de σφεῖς,

Quòd pro σφεῖς dicunt
- Iones σφέες.
- Dores σφὲς.

Quartò de σφῶν,

Quòd pro eo dicunt
- Iones σφέων.
- Poëtæ σφείων.

Quintò de σφᾶς,

Quòd pro σφᾶς
- Iones
  - σφέας.
  - & interdum σφεάς.
- Dores, in totum mutato & vocabulo & tono, ψέ.
- Poëtæ σφέ.

Odyſ. μ. —— Αἵ ῥά τε πάντας Ἀνθρώπους θέλγουσιν, ὅ,τις σφέας εἰσαφίκηται. i. *Quæ* (*ſcilicèt, ſirenes*) *omnes homines demulcent, quicunq; ad eas venerint.*

Sextò de σφισὶ,

Quòd pro σφισι reperitur aliquando σφίσι.

Sectio 2.

De accentu pronominum adiectivorum.

Primò.

PRonomina adjectiva in maſculino genere recti ſingularis, hyperdiſſyllaba ſi ſint, προπαροξυτονοῦνται.

νοῦνται· ſi ſecùs ὀξυτονοῦνται · ùt ἡμέτερος· νωίτερος ·* ἑός · ὅς · σός.

*Varenius dicit τεὸς & ἑὸς penacui: ſed uſus contradicit.

Excipe

Quòd προπερισπῶνται
- ex hyperdiſſyllabis unum, ùt ἐκεῖνος.
- è diſſyllabis quatuor, ùt
  - δεῖνα.
  - τοῖος.
  - Poëticum κεῖνος
  - Doricum τῆνος
    - pro ἐκεῖνος.

Secundò.

Accentum fœminini & neutrius generis in recto ſingulari pronominum adjectivorum docuit caput tertium.

Tertiò.

Rationem toni in omnibus alijs caſibus pronominum adjectivorum docuit caput ſecundum.

CAP.

CAPUT 7.

Accentuum ratio in omnibus perſonis verborum omnium cùm ſimplicium, tum compoſitorum, excepta ſecunda ſingulari in modo imperativo, & prima ſingulari in modis reliquis.

ACcentum ſecundæ perſonę ſingularis in temporibus modi imperativi, & primæ ſingularis in temporibus modorum reliquorum ſequuntur reliquæ omnes perſonæ ejuſdem modi & temporis per numeros omnes: hoc eſt, quæ vocalis aut diphthongus tonum obtinet in ſecunda perſona ſingulari temporum modi imperativi, & in prima ſingulari temporum modorum reliquorum, eadem, aut ea, in quam mutatur, tonum obtinet, ídque eundem tonum, in reliquis omnibus perſonis numerorum omnium: ùt τύπτω, τύπτεις, τύπτει, τύπτετον, τύπτετον, τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι. Τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ, τυπεῖτον, τυπεῖτον, τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι. Πάρειμι, (*adſum*) πάρει, πάρεστι, πάρεστον, πάρεστον, πάρεσμεν, πάρεστε, πάρεισι.

Duntaxat partim Adde, Excipe, Nota.

Adde in genere.

Quatenus licet per accentuum leges generales. Adde *Additamenta.*

Adde in ſpecie.

1 Quatenus licet per primi libri capitis ſecundi articulum ſeptimum. Hinc τέτυφα, τετύφαμεν· τέτυμμαι, τετύμμεθα, accentu non mutato quidem, tranſlato verò, ne præcedat antepenultimam

2 Quatenus per ejuſdem capitis articulum octavũ. Hinc à τύπτου fit τυπτέσθωσαν, tono à ſede non moto, ipſo autem mutato, quia circumflexus non cadit in antepenultimam.

3 Quatenus per ejuſdem decimum quartum. Hinc ab εἶν (*ibam*) fit εἶς, εἶ in ſingulari; ſed in duali ἶτον, in plurali ἶμεν, ἶτε, ἶσαν, quia circumflexus non cadit in ſyllabam brevem. Hinc etiam à τύπτου fit τυπτέσθω, quia circumflexus non cadit niſi in ſyllabam naturâ longam.

4 Quatenus per primi libri capitis decimi tertij regulam primam · ùt τύπτε, τυπτέσθω· ἔτυπτον, ἐτυπτέτην· in utroque exemplo accentus idem remanet; ſed in primo promotus in ſyllabam ſequentem, in ſecundo etiam ultra proximè ſequentem, quia ultimâ productâ accentus nequit eſſe in antepenultima.

5 Quatenus per ejuſdem capitis regulam ſecundam: ùt τυπτοίμην, τυπτοῖο, τυπτοῖτο. Locus toni idem eſt; ſed propter ultimam brevem acutus mutatur in circumflexum.

6 Quatenus per ejuſdem tertiam: ùt τυπτοῖμι, τυπτοίτην. Locus iterum idem: ſed propter ultimam longam circumflexus mutatur in acutum.

Hæc erant addenda. Sequuntur excipienda.

Excipe igitur
Generaliùs.
Specialiùs, nempe in peculiaribus quibuſdam dialectis.

Generaliùs

Excipe primò,

Quòd in imperativi medij aoriſto ſecundo ſecunda perſona tum dualis, tum pluralis accentum retrahit · ùt *τυποῦ, τύπεσθον, τύπεσθε.*

Excipe ſecundò,

Quòd in præſenti indicativi activi verborum regularium in *μι* tertia pluralis tonum promovet, mutátque in circumflexum : ùt *τίθημι, ἵστημι, δίδωμι, ζεύγνυμι, τιθεῖσι, ἱστᾶσι, διδοῦσι, ζευγνῦσι.*

Duntaxat

I

In dialecto Æolica ſequitur primam ſingularem : ùt *τίθεντι, ἵσταντι, δίδοντι, ponunt, ſtant, dant.* In Ionica etiam antepenultimam acuit : ùt *τιθέασι, διδόασι,*. In Dorica acuit penultimam: ùt *τιθέντι, ἱστάντι.*

2

Verbi *ἄημι (ſpiro)* tertia pluralis etiam in communi dialecto refert primam ſingularem : ùt *ἄεισι ſpirant.*

Excipe

Excipe tertiò,

Quòd in præſenti indicativi modi verbi *εἰμὶ (ſum)* ſecunda ſingularis non ſequitur tonum primæ: ùt εἶς & εἶ, *es.*

Excipe quartò,

Quòd, quoties prima ſingularis exit in *μην*, ſecunda ac tertia ſingularis, ùt & ſecunda cùm dualis, tum pluralis atque etiam (niſi deſit) pluralis tertia in verbis omnibus (etiam contractis ante contractionem) retrahunt tonum in ſyllabam priorem: ùt τυψαίμην, ἐτύψω, ἐτύψατο, ἐτύψαθον, ἐτύψαθε, ἐτύψαντο· τυποίμην (*aoriſtus ſecundus) τύποιο &c. ἐκαθήμην, ἐκάθησο, ἐκάθητο &c. *ſedebam*, &c.

**A Caninio & Sylburgio dicitur aoriſtum (forſan rectiùs) intellectâ voce, tempus. Sed à Clenardo, Ceporino & Camdeno aoriſtus, intellectâ voce χρόνος. Et cum his ego loquor, quia hi apud nos sũt maximè in uſu.*

Euripides. Οὐκ ἂν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν. i. *Non poteris, non exantlatis laboribus beatus evadere.*

Agatho. Ὄλοιθ᾽ ὁ τοῖς ἔχουσι τ᾽ ἀγαθὰ φθονῶν. i. *Pereat qui divitibus invidet.* Hîc à δυναίμην, ὀλοίμην fit δύναιο, ὄλοιτο.

Duntaxat

1

Tempora in *μην* diſſyllaba nec in illis perſonis tonum retrahunt, quippe non habentia quò retrahant ut *πταίμην* (aoriſtus ſecundus medius optativus verbi ἵπταμαι) *volarem*, πταῖο, πταῖτο &c. θείμην, θεῖο, θεῖτο &c.

2

Tempora in *μην* deſinentia, ante compoſitionem diſſyllaba, & à diphthongo aut longa vocali incipientia, ſi nec extra compoſitionem augeri ſoleant, nec compoſita augmentum in initio habeant, tum compoſita nec in illis perſonis tonum retrahunt : ùt *ἥμην* (ab *ἧμαι ſedeo*) *ſedebam*, *καθήμην*. *deſidebam*, *καθῆσο*, *καθῆτο*, *καθῆσθον*, *καθῆσθε*, *καθῆντο*, non *κάθησο*, *κάθητο*, &c.

Demoſthenes. Καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ. i. *Deſidebant in Macedonia.*

3

Tempora exeuntia in *μην* ante compoſitionem diſſyllaba, & à diphthongo aut vocali longa incipientia, & augeri ſolita, ſi compoſita in medio augeantur, tum compoſita & in illis perſonis ſequuntur etiam regulam : ùt *ἥσμην* (ab *ἕζομαι ſedeo*) *ſederam*, *καθήσμην*, *καθῆσο*, *καθῆστο*, &c. *ὤρμην* (ab *ὄρομαι*) *excitatus eram*, *ἐνώρμην*, *ἐνῶρσο*, *ἐνῶρτο*, &c.

Il. α. Καὶ ῥ' ἀκέουσα καθῆστο ἐπιγνάμψασα φίλον κῆρ. i. *Et tacita ſedit reprimens charum cor.*

Ibidem. Ἄσβεστος δ' ἄρ ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσι. i. *Immenſus autem riſus excitatus eſt inter beatos deos.*

4

Quorumcunque temporum prima ſingularis exit in *μην*, eorum tertia perſona pluralis Ionica imitatur illam primam: ùt *κρινοίμην*, *accuſer*, *κρίνοιντο*, *accuſentur*, Ionicè *κρινοίατο*· *ἀκαχήμην* (ab *ἀκάχημαι*) *triſtabar*, *ἀκαχῆντο*, *triſtabantur*, Ionicè *ἀκαχέατο*, & Poëticè *ἀκαχείατο*.

5

Prætereà in cõmuni dialecto quædã optativi modi tempora in μην. etiã hyperdiſſyllaba, nec in illis perſonis tonum retrahunt.

Nimirum

I

In optativo medio cùm barytonorum tum contractorum futurum ſecundum : ùt τυποίμην, τυποῖο, τυποῖτο, τυποῖτον &c. δουποίμην, δουποῖο &c.

2

In contractorum optativo paſſivo perfectum & pluſquamperfectum, licèt de hoc controvertatur : ùt πεποιήμην, πεποιῇο, πεποιῇτο &c.

3

In optativo paſſivo verborum in μι tum præſens & imperfectum, tum perfectum & pluſquamperfectum : ùt διδοίμην, διδοῖο, διδοῖτο &c. δεδοίμην, δεδοῖο &c.

Hactenus exceptum generaliùs Specialiùs etiam in peculiaribus quibuſdam dialectis excipiendum eſt.

Excipe igitur in Bœotica & Æolica:

Primò,

Quòd Bœoti & Æoles in ſua tertia plurali aoriſtorum paſſivorum modi indicativi, niſi tonum in prima ſyllaba reperiunt, eum, quouſque per leges generales licet, retrahunt : ùt pro ἐκτάνθησαν, ἐκτάνησαν, ἐτελέσθησαν, ἐμίχθησαν dicunt ἔκτανθεν, ἔκτανεν, ἐτέλεσθεν, ἔμιχθεν.

Secundò,

Secundò,

Quòd ijdem idem etiam faciunt in tertia plurali præteriti imperfecti indicativi activi verborum regularium in μι. Sic pro ἐτίθεσαν, ἐδίδοσαν dicunt ἔτιθεν, ἔδιδον.

Excipe in Dorica,

Quòd Dores aoriſtorum perſonas tertias in αν & ον παροξυτονοῦσιν· ùt pro ἔτυψαν, ἔλαβον, dicunt ἐτύψαν, ἐλάβον.

Excipe in Attica & alijs,

Primò de verbo εἰμὶ,

Quòd, negligentes primam ſingularem, in præſentis indicativi perſona ſecunda ſingulari Attici dicunt ἦν & ἦεις, in ſecunda & tertia duali Poëtæ ἦστον & ἔστον, & ἔτον, in tertia plurali Iones ἔασι, Æoles ἔντι.

Epigram. Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασι. i. *Multi in Arcadia homines ſunt, qui glandibus veſcantur.*

Secundò de verbo ἵημι & ἵεμαι mitto, mittor.

Pro ἱεῖσι (*mittunt*) Iones dicunt ἱέασι, Attici ἱᾶσι· pro εἶνται Attici ἕωνται.

Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι, i.
Remiſſa tibi ſunt peccata.

Hactenus de eis, quæ erant excipienda. Sequuntur, quæ ſunt notanda.

Nota igitur primò,

Verborum in *μι* quaſdam perſonas quandoque reperiri, quæ deducuntur non ab ipſorum prima ſingulari, ſed à perſona prima inuſitata verbi inuſitati contracti vel barytoni. Sic verbi *παρατίθημι* tertia ſingularis eſt non tantùm *παρατίθησι*, ſed & *παρατιθεῖ*, & (per ſyncopen) *παρτιθεῖ*, ab inuſitato *παρατιθέω*. Sic *κέονται* pro *κεῖνται*, & *ἐκέοντο* (& ſine augmento *κέοντο*) pro *ἔκειντο*, *jacebant*, ab inuſitatis perſonis *κέομαι*, *ἐκεόμην*.

Nota ſecundò,

E contrà verborum in *ω* quaſdam perſonas interdum occurrere, imprimis tertiam ſingularem præſentis indicativi activi, formatas non ab illorum prima ſingulari, ſed à perſona inuſitata inuſitati verbi in *μι*.

Sic verborum *νοέω*, *φιλέω*, tertia ſingularis eſt non tantùm *νοέει*, *φιλέει*, & per contractionem *νοεῖ*, *φιλεῖ*, ſed etiam *νόησι*, *φίλησι*. Sicut etiam *ἀνέχω*, *φέρω*, *βρίθω*, in tertia non tantùm *ἀνέχει*, *φέρει*, *βρίθει*, ſed etiam (tono verò in illis quidem nec ſpecie, nec ſede variato) *ἀνέχησι*, *φέρησι*, *βρίθησι*.

Odyſ. *τ*. in laudem boni regis.

Εὐδικίας ἀνέχησι, φέρησι δὲ γαῖα μέλαινα
Πυροὺς καὶ κριθάς· βρίθησι δὲ δένδρεα καρπῷ·
Τίκτῃ δ' ἔμπεδα μῆλα· θάλασσα δὲ παρέχει ἰχθῦς
Ἐξ εὐηγεσίης· Ἀρετῶσι δὲ λαοὶ ὑπ' αὐτῷ. id eſt,
Iuſtitias tuetur, fert verò terra nigra
Tritica & hordea; gravantur autem arbores fructu;
Pariunt verò validos fœtus oves, & mare ſuppeditat piſces
Ex recta adminiſtratione. Beatè autẽ vivunt populi ſub ipſo.

Hujuſmodi autem tertiæ ſingulares uſurpantur κατὰ τὸ Ἰβύκειον λεγόμενον σχῆμα, i. per figuram, quæ appellatur Ibycæa ideò, quòd Ibycus Poëta hoc loquendi genere plurimùm uſus eſt.

V. Euſtathium in Od. η.

CAPVT 8.

De accentu ſecundæ ſingularis modi imperativi, & primæ ſingularis reliquorum modorùm in verbis ſimplicibus.

Regula 1.

Secunda ſingularis in modo imperativo, ùt & prima in modis reliquis, ſi monoſyllaba & longa ſit, circumflectitur; ſi monoſyllaba & brevis, àcuitur: ùt ἕς, θοῦ, *mitte, pone*: θῶ, *poſuero*, ἦν, *eram*: θές, δός, *pone, da.*

De perſona monoſyllaba

Regula 2.

Secunda ſingularis in modo imperativo, ùt & prima ſingularis in modis reliquis, ſi diſſyllaba ſit, habet accentum in penultima, illum verò * pro ſyllabarum quantitate vel acutum vel circumflexum: ùt εἶμι, *vado*, εἶχον, *habebam*, ἔσχον, *habui*: τύπτε, τύψον, τύψαι· σῶζε, σῶσον, σῶσαι.

De perſona diſſyllaba.

** V. l. 1. c. 2. art. 14. & c. 13. reg. 2.*

Phocilides, Μισθὸν μοχθήσαντι δίδου, μὴ θλῖβε πένητα. i. *Mercedem ei, qui operatus eſt, da, ne preme pauperem.*

Idem. ———— Σῶσον δ' ἀφεὶστατον ἄνδρα. i. *Virum deſertum ſerva.*

Regula 3.

De perſona hyperdiſſyllaba.

Secunda ſingularis in modo imperativo, & prima in reliquis hyperdiſſyllaba, ſi ultimam corripiat, προπαροξύτονος eſt, ſin producat ultimam, παροξύτονος· ùt ἔχθαιρε, λόγισον, λόγισαι, ἐχθαίρω, λογίζω.

Pythagor. Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς. i. *Ne ſis amico tuo inimicus peccati parvi cauſa.*

Duntaxat ad duas has poſteriores regulas quod attinet, excipe cùm de ſecunda ſingulari in modo imperativo tum de prima in reliquis.

Et quidem de utrâq; { 1 coniunctim.
2 diſiunctim.

De utrâque coniunctim excipe,

Quòd in verbis contractis utraque, utcunque ſe habuerit ante contractionem, in contractione patet regulis de contractione, de quibus libro 1. c. 14. ùt βοάω, βοῶ, βοάοιμι, βοῷμι.

Duntaxat etiam poſt contractionem

1

Poëtæ, modò omicron, modò ω inſerentes, à regulis contractionis revocant ad regulas jam propoſitas· ùt ἀλάω (*erra*) ἀλῶ, πηδάω (*ſalio*) πηδῶ, τρυγάοιμι (*vindemiem*) τρυγῷμι, Poëticè ἀλόω, πηδόω, τρυγόῳμι.

2

2

In contractorum ſecunda idem faciunt etiam Iones, inſerto ε · ùt ὁρῶ, *video*, βοῷμι, *clamem*, Ionicè ὁρέω, βοέῳμι.

3

In eadem Æoles, tonum partim mutantes, partim retrahentes, revocant etiam ad regulas jam traditas: ùt ὁρέω, per contractionem ὁρῶ, Æolicè ὄρω.

Diſiunctim & ſigillatim excipe.

De ſecunda ſingulari in modo imperativo

Primò,

Quòd illa in aoriſto ſecundo medio ſemper ὀξυτονεῖται · ùt τυποῦ, φαγοῦ, ἰδοῦ *vide*. Nam ἰδοὺ (*vide*) adverbium eſt.

Duntaxat

I

Τράπου, à τρέπομαι, παροξυτονεῖται.

2

Et aliorum verborum aoriſtus ſecundus medius Æolicus: ùt pro πυθοῦ *ſciſcitare* (Doricè πυθεῦ) Æoles dicunt πύθου.

Secundò,

Quòd illa in trium verborum aoriſto ſecundo activo ὀξυτονεῖται· ùt *ἐλθὲ, *veni*; εὑρὲ, *inveni*; εἰπὲ, *dic*, ùt &(quod Syracuſanè dicitur pro εἰπὲ) εἰπόν.

*V.l.1.c.2. art.10 & c.3.art.1. & 2.

Euripides. Σὺ δὲ ἐλθὲ, καὶ σήμηνον Ἀργείοις τάδε. *Tu verò abi, & declara Argivis hæc.*

Theocritus. Εἰπὸν τί τὸ καινόν. i. *Dic, quid novi ſit.*

Tertiò,

Quòd Atticis idem fit in eodem tempore verborum λαμβάνω, & εἴδω· ut λαβὲ, ἰδέ.

Ariſtophanes. Ἰδὲ, λαβέ· πρόσθου. i. *Ecce, cape; appone.*

De prima ſingulari in modo indicativo

Excipe primò,

Quòd εἰμὶ *ſum*, & pro eo Doricum ἐμμὶ, φημὶ, *dico*, & pro eo, ἡμί, ὀξυτονοῦνται.

Excipe ſecundò,

Quòd in illo modo cujuſcunque conjugationis futurum ſecundum, quinetiam primum in voce activa ultimam, in media penultimam circumflectunt; ùt τυπῶ, στελῶ, τυποῦμαι, στελοῦμαι.

Duntaxat

I

In futuro ſecundo medio quinque verba ſunt προ-

παροξύτονα, nimirùm *βίομαι* (&, per epentheſin, *βείδομαι*) *vivam*, *νέομαι* (per craſin *νεῦμαι* & Doricè *νεῦμαι*) *revertar*, *πίομαι*, *bibam*, *ἔδομαι*, *edam*, *φάγομαι*, *edam*, niſi quòd Poëtæ interdum pro *φάγομαι* habent *φαγοῦμαι*, & pro *πίομαι*, *πιοῦμαι*.

Theognis. Εἰ *πίομαι*, *πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνω* Οὐδ' ἐχθρῶν. i. *Si bibero, paupertatem animo pernicioſam non curo, Neque inimicos.*

2

Aliorum etiam verborum futurum ſecundum medium, ſicut & primum verborum quintæ conjugationis Poëtæ pro arbitrio, revocantes ad regulam jam traditam, antepenacuunt: ùt pro *ἁλοῦμαι*, *ſaliam*, *ἅλομαι*, pro *δραμοῦμαι*, *curram*, *δράμομαι*· unde in compoſitione fluit illa tertia ſingularis Epigram. l. 1. *Καὶ νέκυς εἰς ζώων χῶρον ἀναδράμεται*. i. *Et defunctus ad vivorum regionem recurret.*

3

Æoles futuris quintæ conjugationis activis in *ρῶ*, medijs in *ροῦμαι* inſerentes ſigma, ſecundum regulas activa *παροξύτονα*, media *προπαροξύτονα* reddunt: ùt περῶ, *περοῦμαι*; Æolicè *πέρσω*, *πέρσομαι*.

4

Iones futurorum in *ῶ* & *οῦμαι*, inſerto ε, tonum mutant & retrahunt: ùt *τυπῶ*, *στελῶ*, *τυποῦμαι*, *στελοῦμαι*, Ionicè *τυπέω*, *στελέω*, *τυπέομαι*, *στελέομαι*.

Excipe tertiò,

Quòd Attici futurum primum activæ vocis in *ίσω*

&

& ἄσω, mediæ in ἴσομαι & ἄσομαι, ſyncope facta, mutant illud à penacuto in περισπώμενον, hoc ab antepenacuto in προπερισπώμενον· ùt *νομίσω, νομίσομαι, exiſtimabo, ἐλάσω, ἐλάσομαι, abigam,* Atticè *νομιῶ, νομιοῦμαι, ἐλῶ, ἐλῶμαι.*

Ariſtophan. Ἐξελῶ σ' εἰς κόρακας. i. *Expellam te ad corvos,* pro ἐξελάσω ab ἐξελαύνω.

Sic Plato. *Διαβιβῶ τὸν ποταμόν.* i. *Tranſmittam fluvium,* pro διαβιβάσω.

Excipe quartò,

Quòd in modo indicativo Dores futuri primi cujuſcunque conjugationis in voce activa ultimam, in media penultimam circumflectũt: ùt δώσω δώσομαι, *ἁρπάξω, ἁρπάξομαι, dabo, eripiam*; Doricè δωσῶ, *ἁρπαξῶ, δωσοῦμαι, ἁρπαξοῦμαι,* & *δωσεῦμαι, ἁρπαξεῦμαι.*

Theocrit. Idyl. *α.* Αἶγά *τέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι.* i. *Capramq; tibi dabo gemellos enixam, quam ter mulgeas.*

Excipe quintò,

Quòd ijdem (Dores) pro ἔσομαι ab εἰμὶ dicunt ἐσοῦμαι, & ἐσεῦμαι.

De prima ſingulari in modo optativo Excipe,

Quòd, quodcunque tempus in quacunque dialecto in modo indicativo vocis activæ περισπᾶται, idem tempus in eadem dialecto in hoc modo ejuſdem vocis προπερισπᾶται.

Hinc

Hinc

1

In communi dialecto, quintæ conjugationis futurum primum, cujuſcunque conjugationis futurum ſecundum peninflectitur: ùt σπεροῖμι, σπαροῖμι, (*ſevero*) φαγοῖμι (*edero*) φυγοῖμι *fugero*.

2

Futurum etiam primum * quorundam verborum Atticum ſimiliter penultimam circumflectit: ùt νομιοῖμι (*exiſtimavero*) ἐλῶμι, *abegero*.

*Quorumnam, vi excep. 3. de prima ſingulari in modo indicativo.

3

Idem etiam facit cujuſcunque conjugationis futurum primum Doricum· ùt τυψοῖμι, δωσοῖμι.

De prima ſingulari in modo ſubiunctivo

Excipe primò,

Quòd in illo modo, verborum in *μι* præſens activum, omnium verborum uterque aoriſtus paſſivus, ùt & uterque aoriſtus activus Doricus περισπῶνται· ùt τιθῶ, ἱστῶ. *ponam, ſtem*; τυφθῶ, τυπῶ, *verberer*; σκιρτασῶ, ἁδῶ, (*ſaliam, placeam*) Dor. pro σκιρτήσω, ἅδω.

Duntaxat

1

Eadem omnia (exceptis aoriſtis activis) Iones, inſerto ε, revocantes ad regulam, παροξυτονοῦσιν· ùt τιθέω, ἱστέω, τυφθέω, τυπέω· & tum Poëtæ, inſerto etiam iota, τυφθείω, &c. &, verſo ει in η, τυφθήω, &c.

2

In tertia verborum in *μι* Poëtæ ante ω aliud ω inſerentes,

ſerentes, præſens ad regulam revocant: ùt διδῶ, *dem*, Poëticè διδώω.

Excipe ſecundò,

Quòd in eodem modo perfectum & pluſquamperfectum paſſivum cùm verborum contractorum, tum verborum in μι, horum etiam præſens paſſivum προπερισπῶνται· ùt πεποιῶμαι, τεθῶμαι, τιθῶμαι.

CAPUT 9.

De accentu ſecundæ ſingularis modi imperativi, & primæ ſingularis modorum reliquorum in verbis compoſitis.

Sectio 1.

De ſecunda ſingulari in modo imperativo.

Regula 1.

Secunda ſingularis in modo imperativo, ante compoſitionem monoſyllaba, in compoſitione penacuitur: ùt ἕς, *mitte*, θοῦ, *pone*, σχὲς, *habe*, δὸς, *da*, in compoſitione προέσου, *admitte*, πρόσθου, *appone*, παράσχου, *præbe*, ſeu *exbibe*, ἀπόδος, *redde*.

Phocilides. Ὧν σοι ἔδωκε θεὸς, τούτων χρήζοντι παράσχου. i. *Quæ tibi dedit Deus, ex eis præbe egenti.*

Pittacus. Παρακαταθήκας λαβὼν δικαίως ἀπόδος. i. *Depoſita accepta juſtè reſtitue.*

Regula 2.

Eadem ante compoſitionem diſſyllaba, ſi ultimam corripit, in compoſitione evadit προπαροξύτονος· ut ἐλθὲ *veni*, τεῖνον *tende*, σκέψαι, μάθε, in compoſitione εἴσελθε, ἔκτεινον, ἐπίσκεψαι, κατάμαθε &c.

Epictetus cap. 36. Ἄνθρωπε, πρῶτον ἐπίσκεψαι, ὁποῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα, εἶτα καὶ τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύνασαι βαστάσαι. i. *Homo, primùm conſidera, res qualis ſit; deinde naturam tuam, an ferre poſſis, explora.*

Regula 3.

Eadem, ſi ante compoſitionem vel diſſyllaba ſit cum ultima producta, vel hyperdiſſyllaba, in cōpoſitione mutat nec tonum nec locum toni: ùt τύπτου ἀντιτύπτου, αἱροῦ ἀφαιροῦ, ἀγωνίζου ἀνταγωνίζου, ἔγειρον συνέγειρον.

Zeno. ——— Μὴ πρὸς χάριν ἄκου, ἀφαιροῦ δὲ κολάκων παῤῥησίαν. i. *Nequid ad gratiam Audias, ſed aſſentatoribus os obſtruas.*

Phocylides. Κτῆνος δ' ἢν ἐχθροῖο πέσῃ καθ' ὁδὸν, συνέγειρον. i. *Si inimici jumentum cadit in via, unà eleva.*

Excipe

Duo; nimirum ἐπιλάθου (*obliviſcere*) ἀφίκου (*deveni*) à λαθοῦ, *late*, & ἱκοῦ *veni*.

Sectio 2.

De prima ſingulari in modis reliquis.

Regula 1.

PRima ſingularis in reliquis modis, ſi ante compoſitionem vel hyperdiſſyllaba ſit, vel diſſyllaba ultimam producens, vel monoſyllaba, in compoſitione ſe habet, ſicut ante compoſitionem habebat· ùt ὤρυξα *fodi*, ἐξώρυξα *effodi*; σταθῶ *ſtatutus ſim*, κατασταθῶ *conſtitutus ſim*; δῶ *dem*, ἀποδῶ *reddam*.

Excipe

Monoſyllabum σχῶ, ùt κατάσχω *contineam*.

Regula 2.

Prima ſingularis in reliquis modis ante compoſitionem diſſyllaba, ſi ultimam corripit, in compoſitione eſt προπαροξύτονος· ùt εἰμὶ *ſum*, πάρειμι *adſum*, εἶμι *vado*, ἄπειμι *abeo*; δῶμαι *datus ſim*; κατάδωμαι *inditus ſim*; ἴδον, ἔχον, ἕλκον (Poëticè ſine augmento pro εἶδον, εἶχον, εἷλκον) εἴσιδον, ὑπείρεχον, ἐξέλκον.

Palladas. Γῆς ἐπέβην γυμνὸς, γυμνός θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι, Καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος; *Terram conſcendi nudus, nudúſque ſubibo: Quid fruſtrà ſudo, funera nuda videns?*

Excipe primò

ἔσχον *habui, tenui*, in compoſitione προσέσχον, *appuli*, προέσχον, *præoccupavi* &c.

Excipe ſecundò

Aoriſta & præterita modi indicativi diſſyllaba peniinflexa: quippe quæ & in compoſitione, non retracto tono, primam ſingularem *peninflectunt. ùt ᾦγον, ἀνῷγον, unde Il. ξ. Τὴν οὐ Θεὸς ἄλλος ἀνῷγεν: i. *quam non Deus alius aperuit*; ὦσα (ab ὠθέω, *pello*) ἀπῶσα, unde Il. φ. Ἀπῶσεν ὀχῆας, i. *retruſit obices*; εἶδον, κατεῖδον· εἶχον, ὑπεῖχον· εἷλκον, ἐξεῖλκον;

ἦκα

**Bailius & Varennius ſic hoc tradunt, ut etiã tempus præſens includant: de quo tamen verum non eſt: ut verò ſit, excipiunt* κεῖμαι, *ùt* πρόκειμαι. *Sed quid tũ fiet compoſitis verbi* εἶμι, *quæ ſũt 20. plùs, minùs? Dicendũne* ἀνεῖμι *(aſcendo)* κατεῖμι *(deſcendo) &c? Minimè gentiũ: ſed* ἄνειμι, κάτειμι, *&c.*

ἧκα, συνῆκα & *ἐσυνῆκα. ἷγμαι, ἀφῖγμαι.*

Euripides. *Οὐ νῦν κατεῖδον πρῶτον ἀλλὰ πολλάκις,* *Τραχεῖαν ὀργὴν ὡς ἀμήχανον φέρειν.* i. *Non nunc primum perſpexi, ſed ſæpè,* *Aſperam iram quantæ molis ſit ferre.*

Duntaxat

1

Eadem, cùm compoſita augmentum habent in initio & non in medio, ſequuntur regulam: ut *ἐκάθευδον, ἤνοιγον·* unde illud Xenophontis, *Ὡς ἕκαστοι ἤνοιγον*, i. ùt *ſinguli aperuerunt.*

2

Eorundem aliqua, quæ augmentum nullum habere ſolent, interdum etiam regulam ſequuntur: ùt *ἷζον, ἔφιζον*, unde *ἔφιζε* (*inſidebat*) apud Etymologum; *ὦσα, ἔξωσα*, unde *ἔξωσε* (*expulit*) Actuum Apoſtolic. c. 7. v. 45.

3

Idem etiam plerumque faciunt, cùm præpoſitionis, cum qua componuntur, ultima, quæ elidi ſolet, non eliditur: ùt *εἶκον, cedebam, εἶξα, ceſſi, ὑπόεικον, ὑπόειξα.*

4

Idem etiam facit in compoſitione *οἶδα*: ùt *σύνοιδα, conſcius ſum, ἔξοιδα, κάτοιδα, compertum habeo.*

Cap.

CAPVT 10.

De accentibus temporum modi infinitivi in verbis omnibus tum ſimplicibus tum compoſitis.

Regula 1.

TOnum primæ perſonæ ſingularis illius, unde formantur, temporis modi indicativi ſequuntur modi infinitivi tempora hæc, nimirum

1 Præſens tempus verborum omnium præterquam activæ vocis verborum in μι: ut τύπτω, τύπτομαι, ἵσαμαι, τύπτειν, τύπτεσθαι, ἵσασθαι.

2 Aoriſtus ſecundus medius: ut ἐτυπόμην, ἐδόμην, τυπέσθαι, δόσθαι.

3 Futura omnia: ut τύψω τύψειν· τυφθήσομαι, τυπήσομαι, τετύψομαι, τυφθήσεσθαι, τυπήσεσθαι, τετύψεσθαι· τεροῦμαι vexabo, [a]Poëticè τέρομαι, Ionicè τερέομαι, Æolicè τέρσομαι, in infinitivo communiter τερεῖσθαι, Poëticè τέρεσθαι, Ionicè τερέεσθαι, Æolicè τέρσεσθαι. δικάσω, [b]Doricè δικασῶ, Atticè δικῶ, in infinitivo communiter δικάσειν, Doricè δικασεῖν, Atticè δικᾷν.

[a]P.109.

[b]P.109, 110.

Herodian. Οὔτ᾽ ἔφη δικᾷν ἔτι. i. *Dixitq; ſe non amplius judicaturum.*

Regula 2.

Aoriſtus 2° activus verborum in ω περισπᾶται)· ut φαγεῖν, τυπεῖν, δουπεῖν.

Regula

Regula 3.

Aoriſtus 1ᵘˢ medius in verbis omnibus προπαροξυτονεῖται· ut ποιήσασθαι, τύψασθαι.

Pythagoras. Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι, Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπέλθῃς. i. *Ne ſomnum mollibus in oculis recipito, Priuſquam diurnorum operum unumquodque ter percenſueris.*

Regula 4.

Reliqua omnia infinitivi modi tempora habent accentum in penultima, illum verò *pro penultimæ quantitate acutum vel circumflexum ; nimirum cùm Aoriſtus ᵃprimus activus & ᵇuterque paſſivus, tum verborum in μι ᶜaoriſtus ſecundus activus, & ᵈpræſens in voce activa, tum ᵉperfectum & pluſquamperfectum verborum quorumlibet in voce qualibet : ut ᵃτύψαι, ἱδρῶσαι· ᵇτυφθῆναι, τυπῆναι· ᶜδοῦναι, στῆναι, θεῖναι· ᵈἱστάναι, ἱέναι, &c.· ᵉτετυφέναι, τετυπέναι, τετύφθαι, μεμνῆσθαι.

*V. l. 1. c. 13.

Xenophon de Cyro. Οὔτ' ἀριστήσειεν, οὔτε δειπνήσειε, πρὶν ἱδρῶσαι. i. *Neque pranderet, neque cœnaret, priuſquam ſudâſſet.*

Solummodò, ad has regulas quod attinet,

Partim ab illis excipe, partim de illis nota.

Excipe generaliùs,

Quòd præſens tempus in verbis contractis, ſiue in ν deſinat, ſive in αι, poſt contractionem paret regulis de contractione : de quibus l. 1. c. 14. ut πλέω, τελέομαι, in infinitivo τελέειν, τελέεσθαι, ſed contractione facta τελεῖν, τελεῖσθαι.

Duntaxat

I

